BIBLIOTEKA UNIW. W POZNANIU
INKUNABUŁY
Inc 63 4°


QUINTIL
DECLAM
VENETII
1481.




BIBLIOTEKA UNIW. W POZNANIU
Inc 63 4°

Akc 8810

Quintilian

# M. FABII QVINTILIANI ELOQVENTISSIMI DECLAMATIONES INCIPIVNT.

## Argumentum.

Quidã cui erat filius cæcus: quẽ hæredem inſtituerat: in
duxit illi nouercam: iuuenemq; in ſecreta domus parte ſe/
poſuit. is noctu: dum ĩ cubiculo cũ uxore iaceret: occiſus
eſt: inuentuſq; poſtero die habens gladium filii defixum ĩ
uulnere: pariete ab ipſius ad filii cubiculũ ueſtigiis palmæ
cruentato. Accuſant ſe inuicem cæcus & nouerca.

## Pro cæco contra nouercam.

I iuuenis ĩocentiſſimus Iudices uti uel/
let ambitu triſtiſſimæ calamitatis: pote/
rat allegare uobis ãmiſſam cũ oculis co/
gitationum omnium temeritatem. Sed
cum oſtẽdere innocentiã ſuam moribus
malit: q̃ aduerſis: neq; pietatis: neq; cõſcientiæ ſuæ grauẽ
ferre contumeliam poteſt: ut parricidium non feciſſe uide
atur benefitio cæcitatis. Quare igitur nõ petit ut illũ mi
ſerum putetis: nisi & ĩnocens fuerit. nõ petit ut afflictum
alleuetis: niſi & probauerit ſeſe infœlitiorem ꝙ patrẽ am/
miſit: q̃ ꝙ oculos. Eſtimate iuuenem iis moribus: ꝗbus ui
dentem eſtimaretis uita pudore pietate. Quæ ſi omnia ſi
bi: ut erunt promiſſa cõſtiterint: nullo terrebitur crimine
Nec ꝙ ſceleratiſſima fœminarꝝ calamitatem noſtram cru/
ẽtato pariete imitata eſt: expaueſcimus. Quo diligentior
quo ſolicitior fuit: ne deprehenderetur: hoc magis indica
uit ſibi oculos nõ defuiſſe. Gratias agimus: ꝙ nimium aui
dæ ſuſpitionis in noſtram tranſtulit partem. non eſſe cæci
ſcelus diffilius probaretur: niſi omnia ſic acta eſſent: ut fe
ciſſe cæcus uideretur. Quare igitur Iudices non improbe
ſperaueri futurꝝ: ut ſuſpecta ſint uobis: quæ tam incõſide
rate ficta ſunt contra miſeram cecitatem. Primum ꝙ ſpa/
tium illud ingens domus quod in medio fuit ita digeſto
cruore ſaciatum eſt uſq; ad cubiculũ miſerrimi iuuenis tã q̃

BIBLIOTEKA
VNIWERSYTECKA
W POZNANIV

tall copy, in old red morocco

has some small worm holes

scarce

Magnifico esemplare
rarissimo

12252

Bl. 1 Hehet

cvq

H* 13657

A Kc 8810

Quintilia[nus]

# M.FABII QVINTILIANI ELOQVENTISSIMI DECLAMATIONES INCIPIVNT.

## Argumentum.

Quidã cui erat filius cæcus: quẽ hæredem inſtituerat: induxit illi nouercam: iuuenemq́ꝫ in ſecreta domus parte ſeposuit. is noctu: dum ĩ cubiculo cũ uxore iaceret: occiſus eſt: inuentuſq́ꝫ poſtero die habens gladium filii defixum ĩ uulnere: pariete ab ipſius ad filii cubiculũ ueſtigiis palmæ cruentato. Accuſant ſe inuicem cæcus & nouerca.

## Pro cæco contra nouercam.

I iuuenis ĩnocentiſſimus Iudices uti uellet ambitu triſtiſſimæ calamitatis: poterat allegare uobis ãmiſſam cũ oculis cogitationum omnium temeritatem. Sed cum oſtẽdere innocentiã ſuam moribus malit: q̃ aduerſis: neq́ꝫ pietatis: neq́ꝫ cõſcientiæ ſuæ grauẽ ferre contumeliam poteſt: ut parricidium non feciſſe uideatur benefitio cæcitatis. Quare igitur nõ petit ut illũ miſerum putetis: niſi & ĩnocens fuerit. nõ petit ut afflictum alleuetis: niſi & probauerit ſeſe infœlitiorem ꝙ patrẽ amiſit: q̃ ꝙ oculos. Eſtimate iuuenem iis moribus: qbus uidentem eſtimaretis uita pudore pietate. Quæ ſi omnia ſibi: ut erunt promiſſa cõſtiterint: nullo terrebitur crimine Nec ꝙ ſceleratiſſima fœminaꝝ calamitatem noſtram cruẽtato pariete imitata eſt: expaueſcimus. Quo diligentior quo ſolicitior fuit: ne deprehenderetur: hoc magis indicauit ſibi oculos nõ defuiſſe. Gratias agimus: ꝙ nimium auidæ ſuſpitionis in noſtram tranſtulit partem. non eſſe cæci ſcelus diffilius probaretur: niſi omnia ſic acta eſſent: ut feciſſe cæcus uideretur. Quare igitur Iudices non improbe ſperaueri futuꝝ: ut ſuſpecta ſint uobis: quæ tam incõſiderate ficta ſunt contra miſeram cecitatem. Primum ꝙ ſpatium illud ingens domus quod in medio fuit ita digeſto quore ſaciatum eſt uſq́ꝫ ad cubiculũ miſerrimi iuuenis tãq̃

plane timuerit parricida: ne non deprehenderetur. Deīde
ſceleri nox potiſſimum electa: quo tempore inueniri mari-
tus ſine uxore non poſſet. Tum in cæde in qua nemo utit̃
ſuo ferro: niſi alieno: gladius adoleſcentis: ne argumentū
deeſſet nouercæ: relictus eſt. Poſtremo peractum uulnere
uno ſcelus: quod obiiceretur manibus errantis. Et tamen
contra tam multa incredibilia ſolum aduocat nouerca te-
ſtamentum: uultq; illud eſſe pretium parricidii: ut rerum ī-
tellectu in diuerſum coacto: occiſum eo probet patrē quo
non meruerit occidi. Nos uero iſtud (ſi crimen putatis) a-
gnoſcimus. Iuuenis hic patris ſui hæres ſolus ē. Hoc teſta-
mentum: ſi uiuente adhuc miſerrimo ſene notum eſſe ī do-
mo potuit: ſcitis quis illi debuerit iraſci. Nam ꝗ inuiſū fu-
iſſe filiū patri iactat: crimen nouercæ erat: ſi confiteremur
Idq; probari ex hoc putat: ꝗ non ſecretum filius accipit a
patre: ſed cæcitas. Quo loco diſſimulare ſatis callide co-
natur inuidiam ſuam. Pater qui filium cæcum ī ſemota pe-
natium parte ſepoſuit: eripuit nouerce oculis uoluptatē.
Namq; iſta cum inuaſiſſe uacuos penates uideretur: cum
pater filium cæcum hoc eſſe crederet: quod orbitatē: ex-
cogitauit īdulgētiſſimus ſenex: quēadmodū hic miſer pa-
tri ſuo in eadem domo eſſet: nouercæ in alia: accepit ſecre-
tum quod erat petiturus. Quo ſit animo ſenis factum: po-
teſtis interrogare teſtamētum. Neq; ego grauiſſimū patrē
ſuprema ſua iuueni iactaſſe crediderim: ut hæredem filiū
ſcriberet. non eſt res quæ imputetur. Iſtam magis oportet
uel aliquo inditio: uel ſuſpitione muliebri arcana mariti
deprehendiſſe: & ſtatim omnibus nuptiarum renuntiaſſe
pignoribus. Nam cum propter pecuniam ames: idem a-
moris: & ſpei finis eſt. Habuerat adoleſcens gladium in
cubiculo ſuo ſemper: ſiue anteq̄ in hanc fortunam inci-
deret paratum: ſiue quia cæcitatis miſeræ ſolatium eſt ha-
bere rem uidentium. Certe nunq̄ illum pater timuerat: nū-
q̄ nouerca obiecerat. Palam poſitum eſt ſub oculis omni-
um tota domo notiſſimum ferrum. Scitis quanto negli-

Inc. 63
BIBLIOTEKA UNIWERSYTECKA

gentius cuſtodiat ferrum bona conſciẽtia : q̃ etiam extra ſuſpitionem ſit res ſine uſu . Innocentia facit ut ferrũ ſub trahi poſſit etiam uidenti . Siue igitur aliquis ex ſeruulis corruptus eſt : preſertim etiam facili occaſione : ſiue ipſi nouercæ non deffuit audatia ad afferendum quod facere poterat etiam preſente priuigno : utiq;( quod dubitari non poteſt) q̄ facit certum ſceleris auctorem : mauult ĩ cæde alieno uti q̃ ſuo gladio quiſquis illum relicturus eſt . Reliqua Iudices ſi fieri poſſunt facta exiſtimate . Dicitur cæcus ſine rectore ſine duce ex illa penatium parte ſecreta & pene ex alia domo per inane longum per tot offenſa limina : per excubantes ſeruulos erraſſe cum ferro : cubiculum patris deinde in greſſum in neutram deflexiſſe partem : ſed recto gradu ſicut ducere oculi ſolent : ad lectulũ acceſiſſe leuiter : non in thorum incidiſſe : non ante perueniſſe q̃ crederet . Vos Iudices criminum tumultum ex rerum fide ducite . Dormiens ſenex : quem cæcus percuſſor quereret : excitatus ante eſſet q̃ inueniretur . Iungunt his multo incredibiliora ut occiderit patrẽ : pepercerit nouercæ . Parricidium autẽ uno ictu explicuerit : quod fere uix etiam iis contingere ſolet : qui oculos manu ſequuntur . Nulla ergo luminum uirtus : ſed homo ferrum miſſurus in caſum ſatis fœlix : ſi percuſiſſet quancumq; partem corporis : in ipſam protinus animã incidit : & an morti ſatiſfeciſſet intellexit . Officium iudices oculorum eſt renunciare manibus quid actum ſit . Cæci percuſſoris una ſecuritas fuerat ſæpius ferire . Negat præterea quicq̃ ſe ex his nouerca ſenſiſſe : cum iuxta iaceret : nec explicat unde illud acciderit maxime ſignum trepidationis . Si & pater uno ictu perierat : nequæ iſta uigilabat : nunquam gladium reliquit percuſſor ſecurus . Reliqua iudices nimium ſuſpecta improbe aſſimulata . Spatioſus paries & lõgiſſimum domus latus habuit notas ſanguinis : quas reliquiſſe uideretur manus reuertẽtis . O quã bene quicquid uolunt imitantur oculi . Stupeo( ſi qua eſt fides) omnia

priuignum illa nocte feciſſe. Dicitur ad uotum nouercæ gladium in uulnere reliquiſſe: quem ſuum negare nō poſ/ ſet. Deinde per totum parietem quid aliud inſcripſiſſe: quam ſe patricidam ſanguinem patris uſq; ad cubiculum ſuum perduxiſſe: & uiam ſequentibus reliquiſſe? Hoc fe cit aliquis negaturus? Gratulor tibi adoleſcens ſi non po tuiſti parricidium illud admittere: niſi ut relinqueres ar/ gumentum cecitatis. Habuiſti innocentie neceſſitatem. Cauſam igitur miſerrimi adoleſcentis ſic apud uos agere propoſui: ut primum ipſum defendam quaſi reus tantum ſit. Deinde cum eſſe ſecurus de huius innocentia cœpe/ pero: tunc ingrediar nouercæ accuſationem. Spectabi tis utrumq; ſuis moribus: ſuis cauſis: eritq; facilior uia ue ſtre religionis. Quamquam duos iudicia complexa ſint: uos tamen tanquam de ſingulis cognoueritis. Et primum ſic agam: tanquam iuuenis habeat oculos: tanquam impe tus eius nulla corporis debilitate frangantur. Interroga bo quid ante perdite: quid flagitioſe: quid impie fecerit: per quæ ſe parricidam ſcelera promiſerit. Innocētia per gradus certos ab homine diſcedit: & ne in maximis trepi det audatia: diu uires in minoribus colligit. nemo inde ce pit: quo in credibile eſt perueniſſe. Dicas neceſſe ē quæ huic cum patre odia fuerint: quam uiolenta diſſenſio: in/ ter ſacrorum infinita nominum pignora. Crede mulier etiam tua cauſa. Nam ſi facile eſt filio occidere patrem: facilius uxori maritum. Loquar nunc de infirmitate ceci tatis miſere cecitatis. Temeritas omnis animorum cala/ mitate corporum frangitur: & frigeſcunt impetus menti/ um: quos non explicant miniſteria membrorum: ad ſo/ lum ſe alligant deſtituta mœrorem. Vultus ille perpetua nocte coopertus ac timidus non concipit nefas: ad quod ducibus oculis peruenitur. Cogitat ſemper errare & of/ fendere: cogitat eūdi redeundiq; difficultatem. Magna innocentiæ neceſſitas eſt. Neminem facilius poſſe depre hendi. Semper ſe cuſtodiunt miſeri: ne eſſe miſerabiles

deſinant. Et quiſquis amiſit oculos laborat ne merito per
diderit. Quid aliud cecitas diſcit quam rogare: blandi/
ri? Odium omne adiuuant oculi: & hunc in pectoribus
humanis furorem lumina accendunt: nec leuis animis ac
cedit inſania: quotiens quem execreris aſpicias. Cæ/
cus miſerior eſt quam ut inuiſus ſit. Timidior eſt quam
ut oderit. Præterea nocentibus liberis frequẽtiſſimas ad
parricidium cauſas ſuggeſſit illud quod uidebant. Vitiis
enim noſtris in animum per oculos uia eſt. Aliis tradidit
in parẽtum ſanguinem luxuria ferrum: luxuria uidentium
crimen. Aliis meretricule amor immodica poſcentis: a/
mor cui renuntiant oculi. Cæcus infœlix patrem occidit
deinde cui manum porriget ſecurior? Cuius humeris le/
uior incombet? Quis contumelias ſeruorum caſtigabit
ſeuerius? quis calamitatem tam obnoxiam maiore reueren
tia proteget? Inter fœlices alius eſt ordo uotorum: Cæ/
cus filius optat ſuperſtitem patrem. Volo nunc ſcire quẽ
admodum dicat explicitum tam difficile facinus. Cæcus
parricidium cogitauit: cum quo? cuius ſe comiſit oculis?
iturus per totã domum: quem ducem ellegit? ille qui erat
in cubiculo ſuo ſolus: Secum (opinor) ſecum deliberat.
Sufficit ſibi: cum homine expeditiſſimo loquitur. Cur
enim ſocium conſcientiæ querat? omnia poteſt ſcire. Pri
mum nox quando ſit. Deinde proſpicere ſolicite an om/
nis familia dormiat. Gradu ſuſpenſo ponere certa ueſti/
gia: & in omnem timoris ſui partem ſolicitum circum age
re uultum. O quam parum eſt in metu ipſos etiam ocu/
los habere. Ita non iſte ſibi dixit. Occidere quidem pa
trem uolo: ſed quem ſequẽtur hæ manus? Nocte ſolus e/
grediar? Sed quando perueniam? putas nos iunctis ha/
bitare liminibus? domus inter patrem: filiumq; media.
Quantum erroris: quantum more ſpatium ingens & uix
metiendum. Cæcitas in conſulta quid agis? nox ante de
ficiet. Quid ſi deinde uterq; uigilauerit? quid ſi nouer/
ca? Age limen inueniam: cardinem ſine ſtrepitu mouebo.

Dormientis cubiculum intrabo . Quieſcentem feriam patrem : ſemel ſatis erit nec nouerca uigilabit . Securus egrediar ſciente nullo reuertar. Vota ſunt iſta ſed oculo/rum . Cæcus deſperaret etiam ſi tam multa nox pollicere tur . Hoc loco queram neceſſe eſt . Quæ ratio fuerit ut iuuenis ad parricidium ſuo potiſſimum gladio uteretur . Nimirum illud in mentem uenit quia erat relicturus. Nã ſi alienum & ignotum in uulnere patris gladium reliquiſ/ſet: Potuerat de percuſſore dubitari. Hic attulit ſuum: ut etiam ſi euaſiſſet : tamen ferro ſuo teneretur . Cur er/go inquis gladium in cubiculo tuo habebas ? quia habue/ram ſemper: quia uſurus illo non eram . Ferrum ego par/ricidio meo tot ante annos preparaui: & ſecundũ illũ quẽ minabar patri tam diu innocens fui : Ego eram ferro ac mente paratus : & tot abiere noctes ? ante gladium illum familiarem oculis tuis feci ãte ommnibus ſeruulis notum? Pependit in cubiculo tanquam teſtis conſcientiæ meæ pa/lam in medio negligenter ſic ut ſubtrahi poſſet ? Non il/lum cõſciẽtia trepida uelauit : tam notus in cubiculo fuit: quam cecitas domini . Quiſquis ferrum preparat ſcele/ri : ſic illud habet : ut poſſit ſuum negare . Ponite nuhc ãte oculos actum parricidii: deprehendetis dificultatem. Dono illud dum a ſuo limine egreditur: dum illos quos ac cepit a patre ſeruulos fallit . Ecce cubiculum ſenis inue/nit aliquando : Ecce paries ille deffecit & percuſſoris ma nus ſubito deſtituit : Ceſſere fores ſine ſtrepitu . Quid poſtea agit ? Vtrum ipſum cubiculi parietem circuit : an ſe committit in medium ? & per ſpacia tenebrarum arma/tam manum iactat ? Ecce patris lectulum tenet : etiam dormientium hanelitus imminens audit. Vnde ſciet quo dirrigat ferrum : quem potius feriat ex duobus ? Tem/ptauit ergo uultus & pectus obiectum : breuiſſimam peri turæ anime uiam querit . Et quantus erit ſopor qui iſta non ſentiat . Dices neque ego ſenſi . Ideo intelligis ꝙ malam cauſam habeas : cuius & una & incredibilis deffen

ſio eſt. Ita ſcritur in ſinu tuo maritus & tu nihil ſentis?
Ad latus tuum fata hominis peraguntur. Tu taces tan/
quam priuignus te occiderit priorem? Ita non ille per/
cuſſus eſt homo: quem cæcus occidit. Te uero (ſi nihil
aliud) calens ille cruor denique ſuſcitaſſet. Sed quam
manifeſta eſt conſcientia quæ te compellit ad hanc neceſ/
ſitatem: ut cum occiſum a priuigno tuo patrem uideri ue
lis: cogaris dicere nihil ſenſiſſe. Sufficit: uicimus in/
nocentes ſumus. Cum in eodem lectulo fueris: cum
amplexa ſis forſitan illum qui occiſus eſt: tam incredibi/
lem profiteris ſoporem? Cur ergo tu in columis es?
que tam iratis manibus ſanguinem tuum fortuna ſubtra/
xit? Certe dormiebas: certe nihil ſenſeras. Ita priui/
gnus te reliquit qui deprehendi non timebat? Occidit
ergo aliquis patrem: & nouerce pepercit? Maximum
omnium nefas fortiter fecit: minori ſceleri ſtatim par nõ
fuit? Omnia humana ſacra confudit: uiolare non eſt au
ſus pectus odiorum? Incredibile eſt: ſine fide eſt: non
occidere nouercam: cui imputes quod patrem occiderit.
Quid ais adoleſcens? tu ne circa illum ſanguinem defeci/
ſti? Illa te blandius rogauit anima? perdidiſti ergo illud
quod nihil ſenſerat: quod nox: quod ſilentium: quod
tempus ſuperat ſceleris alterius? Tu ſi facere parricidi/
um poſſes: ideo patrem tantum occidiſſes: ut tibi & no/
uercam liceret occidere. Non uideo cur uideri uelint re
lictã mulierẽ. Ideo tãtũ ut uideret illud nefas ille feciſſe:
callide ſatis. Sed hoc alio protinus argumento ſubuerte
retur. Non eſt eiuſdem conſilii nouercæ parcere ut ſub/
ſtituat ream & gladium relinquere quo ipſe depræhenda/
tur? Sæpius uti neceſſe habeo argumento cecitatis. Et
hoc etiam loco quo de illo uulnere diſputandum eſt. Me
hercule ſi percuſſor intraſſet: qui uideret: qui lumen præ
ſe tuliſſet: non tamen tam feliciter liberaſſet ictum: quem

etiam ſi nullæ fallerent tenebræ: metus & conſciatia incertum magni ſceleris triſtem more feciſſent . Raro contigit ſemel ferire carnifici: quamuis componat ipſe ceruicem: & exercitata manus homicidium nouiſſime: uelut quoddam genus artis exerceat. Si ergo librauit manum cæcus: ut ipſam protinus feriret animam: ego mehercule etiam illud admiror: quod cum patrem uellet: non nouercam percuſſit . Præter animum nihil uirium habet parricida . Primus ictus ille trepidat: ille cogitat: ille erubeſcit: ille eſt ab innocentia proximus: preſtat hoc ſolum: ut ſequens fortius feriat . Interrogare nunc uolo: quæ iuueni cauſa fuerit: ut reliquerit gladium . Scilicet noluit nouercam ſuam infamari . Abſtulit ſibi omnem defenſionem: & ſe parricidam confeſſus eſt . Ferrum in uulnere reliquit: ſi nundum occiderat. iterum feriret. Si iam perfectum nefas intelligebat: aufferret iudicium . Sed quid ego rem manifeſtiſſimam colligo? Si uultis iudices ſcire a quo ſit relictus gladius: cogitat e cui expedierit ut inueniretur . Sed paries uſque ad cubiculum priuigni ueſtigio manus cruentatus eſt . Cogitate iudices ante omnia non eſſe in callidum hominem: neque conſilii iacentis: qui cæcus explicare conetur facinus: & oculis difficile . Ille ergo non eſtimat cum manum cruentam parieti applicat: ueſtigium a ſe parricidii ſui relinqui: cum dexteram: qua duce utebatur: ueſte tergere atque ita habere: ut abire ſine ueſtigio poſſet: totum parietem cruentabat: & ubique aliquid de patre miſero relinquebat . Quid futurum eſſet poſtero die: quantam expectaret inuidiam? Lucem non cogitabat: ſed diſponebat iudicium certum indubitatum ſine errore: quod nouerca ſequeretur uſque ad cubiculum ſuum uſque ad limen ipſum . O ad mirabilem caſum: nec cruor ante defe-

cit . Vtar hoc loco natura ipſius rei . Palmatus ſanguine paries inuentus ſic eſt . Totam manum explicuit : omnes digitos diligenter expreſſit . Totum ergo ſanguinem conſumeret inter prima ueſtigia . Pone enim manum cruentam : atque adeo (ut iſtis etiam blandiar) madentem . Pone menſuram itineris : ſpatium parietis : diu enim in ſecretam domus partem reuertendum eſt . Debet proxima pars a cubiculo patris habere plurimum ſanguinis : ſequens minimum : ultima nihil . Nam cruor quotiens admotus eſt : tranſit : aut in manu tarde reptantis areſcit . Hoc quid eſſe dicamus : quod circa cubiculum utrumque ſãguinis iſtius uegſtiium quaſi incipit ? hinc eſt paries palmarus & illinc . Quomodo pertulit manus quod relinquebat ? Nouerca iſtud : nouerca ſecuris compoſuit oculis : illa miſerum dextera ſanguinem tulit : & manum ſubinde renouauit . Palmatus eſt paries : habet diſtantiam : uacat aliquid loci : integrum ubique ueſtigium eſt . Cæcus manus traxiſſet . Quero nunc unde tantum ſanguinis in manu ? Tunc enim ex omni uulnere cruor profluit & effunditur : cum ferri recentem uiam ſequitur . At quotiens eodem : quo factum eſt cluditur telo : latet tota mortis inuidia . Præterea cum manus ex parte qua palmare ueſtigium poteſt plicetur in capulo : & ſe dum tellum occupat claudat : neceſſe eſt exteriore ut parte reſperſa ſit . Tuus autem qui palmatus eſt paries : ueſtigium eius partis oſtendit : ad quã cruor peruenire non potuit . Veſtrum eſt nunc omnia iſta comperare perpendere . Cur prudentior ſit iudex in depræhendendo ſcelere : quam reus admittendo : hoc eſſe in cauſa putto : q͛d alter tantũ pro ſe cogitat : alter ꝑ pte utraq; . Tuitus ſum adoleſcẽtis miſerrimi cãm . Nunc inſpicere uolo quanto certioribus argumentis nouerca

teneatur . Tranſeo illum uulgarem & omnibus notum de comparatione perſonarum locum . Alius diceret maritum & uxorem niſi liberis initiarentur : non fortiſſimis corporum uinculis inhærere . Ego illud potius dicam . Decepta eſt mulier expectatio tua . Veneras quaſi in uacuam domum & ſine hærede . Expertaueras ut infœlix iſte iuuenis ab ipſis protinus nuptiarum tuarum expelleretur auſpitiis . Extorrem & in opem ſummoueret pater blando corruptus amplexu : & omnino ſummam calamitatem corporis occurrere delicatis uxoris oculis deuetaret . Inueniſti pium & deuotum unico ſenem & de omnibus coniugis tui deſperaſti ob id affectibus . Miſerrimus eſt maritus quiſquis inducit filio nouercam . Quod uxorem non uidetur utrunque poſſe amare . Quero igitur ante omnia ubi occiſus ē maritus? In cubiculo ſuo . hoc paulo ante priuigno deffendendum non fuit : Occiſus eſt in cubiculo ſenex . Ita ille percuſſor non timuit uxorem? Audeo ſecretum nuptiarum & matrimonialis lectuli ſolitudinem occiſurus intrare . Quem quæram? ubi relinquitur maritus ab uxore innocens? Noctem autem ad ſcelus quis elegit? Nox tuum tempus eſt . Quid ſi accedit huic etiam ſceleris occaſio? Non uenire debes a ſecreta domus parte : nec tota tibi penatium ſacra peragenda ſunt . Tu non cogitas quemadmodum ſuſpenſa manu ſonantem blande cardinem flectas . Iaces ſecundum occaſionem : & expeditum tibi in proximo facinus eſt . Non times ne quis deprehendat . Ipſi quoque ſeruuli longius quieſcunt & preſtatur grande ſecretum ingenio loci . Tibi quoque ferire : cum uelis ſcire an dormiat licet . Nox & ferrum & ſecurus maritus : quid nam iſto delicatius ſcelere? occiſū eſſe miſerū ſenē cū tu uolueris ſcimus . Quomodo tamen inquit gladius peruenit in meā poteſtatem : qui priuigni fuit? Heremus : hic difficilis

expugnandus eſt locus. Quis credet mihi: ſi dixero gladium perdidit cæcus ille? perpetua nocte clauſæ genæ non cuſtorierunt. Fingere nimirum ad tempus uidebor & rem nimium manifeſtam impudenter complorare. Scilicet ſemper iſti appoſita capulo manus & diebus ac noctibus curæ. Nolo tanquam callido glorieris ingenio. non decepiſti trucem horridumque latronem: noſtri tibi occaſionem præbuere mores. Nam ꝙ uno ictu occiſus eſt ſenex: ad te ſuſpicio magis reſpicit. Tu preparare corpus illud ad ictus potes: dum uideris amplecti. Tu blanda manu pretemptare pectus ubi aſſiduo uiſceris pulſu non quieſcat anima: ubi ſtatim mors ſit: ubi de ſpiritu ſanguinis ictum explorare ante & cognoſcere licet. Poteſt & uno ictu mulier occidere. Venio nunc ad ueſtigia parietis cruentati: quibus te ſatis abundeqꝫ preſſimus dum adoleſcentem defendimus. Hæc ſunt tamen quæ contra te reſeruata ſunt. Cum maritus tuus in cubiculo occideretur: Sciebas nullum tibi relictum patrocinium niſi aliquid cecitati ſimile feciſſes. Ideoqꝫ ſanguinem in illam partem induxiſti: in quam queri uolebas: ut poſtero die omnis inuidia ſanguinis notas & ueſtigia præparata ſequeretur. Infamas cæcum: conſilium ex calamitate ſumpſiſti. Sciebas illum non aliter ſi dux defeciſſet ingredi poſſe: quam ſi ueſtigia parietis perpetuitate dirrigeret. Simulaſti itaque cecitatem: & ne quid ſceleri impio deeſſet mariti tui cruore luſiſti. Omnia tibi compoſita atque ſimulata ſunt per ocium & ſecuritatem: tanquam ſcelus transferetur ingenio. Nunc enim tu nocens quia priuigni gladius in uulnere: quia paries cruentatus: hoc ſufficere utrunque iudicio putabas? quam facili momẽto cauſæ fata uertantur. Quod feciſſe etiam is ſcelus frequenter inuentus eſt: qui obiciebat. Sed cauſas inquit parricidii iſte habuit. Quem iratus pater in ſecretam domus partem relegauerat. Mulier illa forſitan ignominia fœlicioris uideretur eſſe priuigni. Cæcitatis beneficium eſt

cum illi ſecretum datur. O præclaram ſenis optimi ſingularemq; pietatem: quam blande ille ſepoſuit miſerum ſuum quam diligenter uxoris gaudentis eluſit oculos: quam multo cæcum pudore donauit. Si felicior inquit eſſem pater: ego tibi potius cederem domo tota. Nunc miſer illam occupa partem ĩ qua nemo te uideat: in quam ſolus ego ueniã: ſint circa te ſeruuli fideles: nõ gemitus tuos audiat quiſquã nõ flebili merore paſcat. Nihil eſt quod te ſolicitet conuerſatione noſtri. Secretum quod cecitati preſtatur: ideo præſtatur: ut minus oculi deſiderentur. Aliquis odit filium cæcum & hac tantum ultione contentus eſt: ut illi aſſignet quietam & ſepoſitam & meliorem partem domus. Ita ego ſic intelligebam: quaſi abdicaret quaſi expelleret. Iratur ergo ſenex tenet iuuenem ſuum uelut interiore complexu & a limine obſtat. Rogo ꝙ duos ſeperet media domo. Te integrã ſanã: illum in fœlicem cæcum contumeliæ oportunum iniurie facilem: utrũ filio iraſcatur: an uxori? Nollo inquit iuuenis utaris amœna domus parte: Nec quæ nitidioribus tectis elaborata ſunt pertineant ad oculos tuos. Quis tam ſtulte iraſcitur cæco: ut putet illius ĩtereſſe ubi habitare iubeatur? Te potius ille ſummouet. Tuis inuidiam facit oculis: tibi dicit: ſufficiat: ſatis eſt: habeas maiorem domus partem: abſentem putas: miſerum in paternis ædibus aliquẽ angulũ relinque. Pater qui filio ſub nouerca aſſignat ſecretam domus partem: confitetur uxori ſe abdicare non poſſe. Tranſit ad aliud genus defenſionis. Sibi cauſam cædis non fuiſſe: cum hic hæres inuentus ſit omnium bonorum. Quis enim alius eſſe debeat: ut huic properandum fuerit ad hæreditatem? filius ſcriptus non timet penitentiam teſtamenti. Omnium bonorum hæres relictus ẽ. Nõ ergo iraſcebat pater cũ daret ſecretã domus partẽ. nõ poſſũt tibi diuerſa ꝓdeſſe: eadẽ obiiceres reo ſi exheredatus eſſet. Elige utrũ uoles. Si ſciuit ſe eẽ hæredẽ: amare magis patrẽ debuit. ſi ignorauit: nõ habuit qđ ſperaret ex

patris morte. Reliquum eſt ut intueamur: ille qui periit ab utro magis ueſtrum deſideretur. Te opinor hic graui/us afficit dolor: impatientius hic luctus exanimat: teq; ob ſoletam protinuſ nubem & tempori accomodata lugubria flammeo reuertente mutabis. Hic uero iuuenis qui ſi fortunæ ſuæ mala cum preteritis comparet: cecus cœpit eſſe nunc primum: quid non miſer in hoc ſene perdidit? ui/uebat illi magna pietas: aderant quocunque iuſſerat de fatie patris oculi: non illudere infœlibus tenebris contumaces ſeruuli poterant nec (quod extremum contumeliarum genus eſt): ut dominum ageret rogabat. Nunc quanta dii boni ludibria ſunt ineunda. iunxere ſe pariter cecitas & ſolitudo. Quid tibi nunc miſerrime adoleſcens hære/ditas prodeſt: quam tantum audis? quid enim circa te pecunia poteſt? que fruendi uoluptates? quid aliud q̄ ſpoli/orum facilis occaſio? Quam bene iſta omnia paterni oculi cuſtodiebant: q̄ facile decipi: quam facile denudari: q̄ ſine labore falli potes: quam cito in ops fieri. Morte patris exhæredatus es. Quid nunc tibi niſi perpetuus imminet meror & execratio uitæ? Miſer poſt omnia & lachrymas perdidit: nec dolentem adiuuant oculi. Inci/pit apud te gladius habere quod agat. Querit ecce querit miſer ferrum. Nunc inquit huc reddite illud innocẽs: donec habuit meas manus tantum. Si mori neceſſe eſt: illi potiſſimum incumbam. Hoc illa iam olim grauis & infœlix anima querebatur. Vbi nunc mee uires? Vbi im/petus? ubi dextra tam fortis? uno ictu puto ne me quidem ipſum mihi continget occidere.

## Argumentum.

e X INCENDIO Domus adoleſcens patrem extulit. Dũ matrẽ repetiit: & ipſã & oculos amiſit Induxit illi pater nouercã. Quæ acceſſit quodã tẽpore ad maritũ. Dixitq; parari illi uenenũ: qđ iuuenis in

ſinu haberet: & ſibi promiſſã dimidiam partem bonorum ſi illud marito porrexiſſet. Intrauit ad cæcum pater interrogauitq; : an hæc uera eſſent. ille negauit. exquiſiuit & inuenit in ſinu uenenum. Interrogauit cui paraſſet Ille tacuit. Receſſit pater & mutato teſtamento nouercam fecit hæredem. Eadem nocte ſtrepitus in domo fuit. Intrauit familia in cubiculum domini : inuenitq; ipſum occiſum : & nouercam iuxta cadauer dormienti ſimilem : cecum in limine cubiculi ſui ſtantem : gladium eius ſub puluinio cructatum. Accuſant ſe inuicem cecus & nouerca.

Pro cæco contra nouercam.

ſ ENTIO Iudices pudori iuuenis pro quo minimũ eſt: ꝙ parricida non eſt grauiſſimũ uideri quod abſoluendus eſt cõtra nouercã: & plurimũ cæco de reuerentia deperire uirtutũ: cũ ĩ patrocinio ſũme pietatis auffert̃ qcq̃d aliũ deffẽderet innocẽtem: Hæc primũ itaq; publicis allegamus affectibus: quod ꝓ ſe reus indignat̃ uti corporis probatione. Solus omnium non remittit ſibi ut incredibilior ſit in parricidio cecus: q̃ fuit cum uideret. Homo omnium quos unq̃ miſeros fecere uirtutes innocentiſſimus parricidium negauit anteq̃ pater occideretur. Et ne quid hodierne ſolicitudini preſtari putetis : fecit quod eſt ſummum in rebus humanis nefas: ne uel in alio crederetur. Ignoſcite per fidem : ꝙ indignatur ſe iuuenis in honorem tãtum calamitatis abſolui filium: qui patrem ex incendio ſua cecitate ſeruauit. facinus eſt hoc tantum innocentem uideri : ꝙ illum nõ potuerit occidere. Nam quod ad mulierẽ iudices pertinet: quæ deffendi non poteſt: ſi patrem cecus occidit: tam impudentem delatoris neceſſitatem malo : q̃ ſi tantum negaret. Viderit qui fidutiam ueritatis putat : ꝙ ceco facinus obiectũ ẽ. Deprehẽſa mulieris audatia ẽ: quæ nõ põt niſi ĩ credibiliũ cõparatiõe deffẽdi. Et qſqs cecũ inuicẽ accuſat ſolus ẽ reus. Aliæ Iudices eſſe debuerũt aduerſus hãc

debilitatem probationes. Cæcus in parricidio non debet ſuſpectus fieri: ſed deprehendi. Quæſo itaq; iudices ut hæc prima propter cauſam iuuenis putetis: quæ contra il lum nimia ſunt. Nihil magis debet eſſe pro cæco: q̄ q; ad uerſus illũ ſũt multa fingẽda. Et cõſtat de pietate: de in/nocentia hominis: qui expugnandus fuit parricidii ſimi/litudine. Cõgeſta ſunt aduerſus miſeram debilitatẽ ferrũ cruor: uenenum: et quicquid non poteſt eſſe negligentiæ niſi neſcientis. Nemo Iudices: nemo diligentior debet eſ ſe ad facinus: q̄ qui parricidium potuit facere cæcus. Iu/uenis iſte: de quo ſumma in rebus humanis monſtra fin/guntur: eius fuit erga parentes ſemper affectus: quem ne fas eſt optare de liberis. Cum domus ignium ſepta uiolen tia rapuiſſet miſeris ſenibus omne preſidiũ: illa feſtinatio/ne qua fugimus erũpimus: ĩ medium cucurrit ĩcendium: In quanto tunc periculo fuit rerũ naturæ pietas. dum diu multumq; attonitus heret: dum ad utrũq; reſpicit ad utrũ que diſcurrit. Pene infœliciſſimos parentes perdidit pie/tatis æqualitas. ut deinde miſerrimos ſenes cluſerat iam propior ignis (audiat licet in uita pietas) patrem iuuenis elegit: & de pariter ardentibus uices diſpoſuit affectus. Vix dum poſito ſene cũ illũ quoq; miraremur explicitũ ite rum flammas aperuit. Et undique coeuntis incendii red/ditus globis arſerat iuuenis. ſi tardius perdidiſſet oculos. Facinus eſt Iudices. Nõ hoc quoq; maximis cõtigiſſe co/natibus: ut ſeruaretur & mater. Minus tamen ĩ utroq; fe cerat: niſi perdidiſſet oculos. Viderint qui filium in eo magis parente mirantur: in cuius ſalutem fatiem uultuſq; conſumpſit. Patri preſtitit cecitatem: qui amiſit ocu/los: dum reppetit quam reliquerat matrem. Non expec/tatis certum habeo Iudices: ut excuſem q; pater ĩ duxit cæ co nouercam. Factum eſt eo tempore quo conſtabat pa/trem filio ſenem ſoluẽdo nõ eſſe. Cõtẽderim quĩ imo iuue nis fuiſſe cõſiliũ: ut pr̃ cui matrimoniũ filiũq; abſtulerat ĩ cendium: reſſidua ſenectutis alia ſolaretur uxore: & ut

domus : quæ cecũ tantum habebat & ſenem : acciperet ex cõiugio miniſteria cuſtodita. Facinus eſt Iudiceſ : ꝙ bonos priuignos nouercæ facilius decipiunt : nec leuius oderunt. Quam multis īſidiis : q̃ multis artibus patet cecitas innocentis. Mulier cui ſpem inuadendæ hæreditatis præſtabat debilitas priuigni : ſenectus mariti : ītellexit hoc ſolum deeſſe ſceleris occaſioni : ut prius infamaretur parricidii cæcus. Viſo igitur hoc : ꝙ ſibi iuuenis non uidebatur eſſe priuignus : uenenum quod ī miſeri ſinu abdiderat deprehenſura : nuntiauit patri : tanq̃ parricidium pararetur. Et quia mendatium poterat facile nudari : ſi quem conſcium nominaſſet : totam delationem ſic ordinauit : ut ſibi crederetur promiſſam dimidiam partem bonorum : ſi uenenũ ſeni uoluiſſet ipſa porrigere. Videtis Iudices : qua preparatione nouerca ad teſtamentum patris acceſſerit. Mulierem quam credit maritus noluiſſe partem bonorum accipere ꝓ ſcelere : neceſſe eſt ſic remuneret : ut fatiat hæredẽ O quanto aliter probaretur parricidium : quod iam poteſt deprehendi. Mulier quæ ſe dicebat in cõſciẽtiam ſceleris admiſſam : non hoc primum exegit a patre : ut quereret qs paraſſet cæco uenenum : quis dediſſet : unde maximum ſciebat poſſe fieri quæſtionis errorem : inſtituit ut innocentiſſimus iuuenis interrogaretur repente : ſubito infamatura uelut deprehenſi trepidationem : ſeu tacuiſſet cæcus : ſeu negaſſet. Adductus ad filium ſenex dixit iuueni quicquid audierat. Nunquam Iudices tam ſimplicis innocentiæ fuit facinus negare. Non eſſet auſus iuuenis coram ea muli re mentiri : quæ prodidit et ſciit ubi eſſet uenenum. Vt uero ſenſit infoelix inſtantem nouercam poſtulanteq̃ꝫ : ut ſinus iuuenis exquireretur : tunc uero attonitus herens : & tota malorum ſuorum cogitatione cõfuſus : intellexit hoc argumentũ eius eſſe : quæ paraſſet : ut poſſet deprehendi : Igitur propere feſtinanter omnia membra pertractans : & merſis in ſinũ manibus : dũ cũcta ſuſpitionibus : dũ tactu iuuenis explorat : uenenum primus ĩuenit. Laudo Iudices

innocentiam ſilentii: laudo fidutiam q̄ iterrogatus cui pa raſſet: non putauit ſibi defendendum uenenum. Rem qui nimo fecit eius qui ſciret patrem non crediturum. Et(quæ maxima eſt innocentiæ contumacia)perſuaſionem ſenis: nulla uoluit excuſatione corrumpere. Non fuit illud tre pidatio: non tacita confeſſio: Quiſquis habet uenenum habet & quod reſpondeat depræhenſus. Fecit poſt hæc ſenex rem hominis quem non mouiſſet quicqd inuenerat. Non torſit miniſteria cæci: & de ſcelere in quo ſolus no- cens eſſe parricida non poterat: non explicuit ordinē quæ ſtionis: ſed quod plus eſt q̄ abſoluere: remiſit iuueni defen ſionem. Vtrum deinde intellectis deterrime mulieris inſi- diis filium pauliſper uoluerit exheredatione protegere: & diligentius de patrimonio ſuo deliberaturus interim cap- tauerit ut uideretur mulieris cupiditati iam nō obſtare pri uignus. An facilimum fuerit ut exheredationem quoq; im petraret nouerca cæci ab homine: cui tam multa perſuaſe- rat: cogitationibus ur̄is reliquo. Hoc tantū dixiſſe cōten tus ſū. Teſtamentū cōtinuo mutauit. Et ne qs mireť hanc feſtinationē: ſtatim ſubſequutū ē ut periret. An interfuerit iudices iuuenis huius ut uiueret pr̄ q iā alio moriebať here de: uos eſtimabitis. Nō interfuit ut occidereť. Facinus iu diceſ qđ illa nocte ī cubiculo nouercæ: qđ ī lectulo factū ē: Domus tota ſenſit. Nemo nō ſibi uiſus ē iuxta fuiſſe. Exci tari ſola nouerca nō potuit: illo loco unde uenerat fragor: Cucurrit familia quo ſollicitos atq; trepidāteſ ducebat ſtre pitus quē ſequebanť. Inuenerūt ſenē occiſū nouercā iuxta cadauer ſic iacētē: ne ſtatī poſſēt iterrogare q̄s occidiſſet. Nūtiatū ē deinde facinus & cæco. Inuētus ē(qđ inocētiæ ſufficit)nō a ſcelere rediens: ſtans ī limine cubiculi ſui aio quo diſcurrebāt uidētes. Vt deīde ferrū iuuenis inqrereť: exegit eadē utiq; quæ poſtulauerat de ueneno: q̄ ī lectulo gladius cruētatus iuētus ē. Nō depræcor iudices qn cōtra cecitatē nō minuſ argumētū putetis: q̄ qđ iueniri potuit ue nenū ī parricidii ſuſpitōe. Gladius cruētatus nouiſſima p̄

batio debet eſſe non ſola. Ignoſcite malorum periculorũ metus: Ignoſcite humana diſcrimina. Defenſionem iuuenis primum lachrymis gemituq; proſequimur. Perdidit infœlix patrem: perdidit & cæcitas illum ſenem cuius oſcula: cuius amplexus imponebat uulneribus oculorum. Cui præſtabat cæcus ut uiueret. Miſera innocentia: miſera debilitas q; te nouerca: non ſic potius decipeř maluit ut biberes uenenum. Facinus eſt Iudices comparationem fieri ut incredibile ſit parricidium. Idem uos putatis efficere noctium merita & affectus oſculis blanditiiſq; queſitos qd nataliũ pignorumq; reuerentias? Nullas ego facilius perire crediderim q̃ corporum caritates. Et licet matrimoniis paulatim reuerentia grauitatis accedat: poſſunt tamen diſtrahi facilitate qua coeunt. Vxor eſt quam iungit: quam diducit utilitas: cuius hæc ſola reuerentia eſt: quod uideť inuenta cauſa liberorum. Aſpicimus matrimoniorum ſingula momenta rixantia: mutant quottidie domos: & per amplexus lectuloſq; diſcurrunt. Placet etiam poſt liberos alius maritus: & unde depræhendas omnium ſcelerum facilitatem. Poſſunt non amare uiuentes. Quid ſi huic uxoriæ utilitati nouercale nomen adiungas? mulieri quæ poſt liberos inducitur matrimonii non contingit tota reuerentia. Quanto alios præſtat affectus diligere uitæ lucis auctorem. liberi ac parentis non alius mihi uidetur affectus: q̃ quo rerum natura: quo mundus ipſe conſtrictus eſt. Quiſq̃ ne mortalium confodiet illud ſacrum: uenerandumq; corpus: quod poteſt ex ignibus rapi: quo bene conſumũtur oculi? Non inuenio iudices quemadmodũ poſſit eſſe contra liberos ſalua reuerentia. Nõ ẽ difficile ut maritũ uxor occidat: ſi nõ eſt difficilius ut filiuſ patrẽ. Non eſt iudices qd putetis inter mulierẽ & uirũ de ſcelere queri: neq; eſt q; ſe nouerca ſexus occaſione tueať. Maior ẽ cæcitatis infirmitas. Sũt & fœminis ad ſcelera uires cũ habent cauſas uiroꝵ. Quinimo ſi ĩterroges facilius hæc pectora metus: odiũ: ira corrũpũt. Et quoniã nõ hẽnt

roboris tantũ unde uitia mentium uincant : Plerũque fa/
cinus infirmitate fecerunt. Sane tamẽ illis ſcæleribus ſuf/
ficere non poſſint: quæ diſcurſum quæ exigunt laborem.
Quod uero tam muliebre poſſis inuenire facinus q̃ occi/
dere hominem iuxta te iacentem? Aggredi ſenẽ qui ſe tuis
crediderit amplexibus : cuius ſomnos ipſa diſponas: ipſa
cuſtodias? omnis alius percuſſor depræhendi poteſt ante
quam feriat. Vxor non ſentitur niſi dum occidit. Non
eſt iudices incredibile ut occiderit mulier hominem: quem
dicitur potuiſſe cæcus occidere. Facinus eſt iudices ſi cæ
cos habere non credimus : niſi neceſſitatis innocentiam.
Prima eſt infirmitas cecitatis ut nolit. Fallitur quiſquis
hanc calamitatem non animorum putat eſſe ſed corporũ.
Totius hominis debilitas eſt oculos perdidiſſe. Et ſi di/
ligenter actus intuearis humanos : miniſteria luminum ſu
mus. Cæcus non iraſcitur : non odit : non concupiſcit.
Et cum corpora noſtra uigorem de luminibus accipiant :
pereunt cum ſuis uitia cauſis. En ad quod erumpant ma
nus : quæ proxima queque tam diu querunt manus quæ
ſua quoque miniſteria non explicant. Audebit quicquã
corpus illud quod ad ſingulos ſibi uidetur decidere mo/
tus : cui quicquid ante ſe eſt : donec exploretur : abrup/
tum eſt? Facinus admittet in quo nihil ipſe facturus eſt?
Facinus quod totum credat alii? quid ſi cecitas ſit quam
fecerit ignes? nemo in incendio ſolos ex homine perdit o/
culos. Tunc facies ſentit incendium cum ambuſti defe/
cere greſſus : cum opponi non poſſunt pro oculis manus
& ad lumina noſtra flammas omnium membrorum uulne/
ribus admittimus. Cæcum uel hoc faciet innocentem: q̃d
licet uiribus : licet ſufficiat audatia : non habet perſua/
ſionem hominis : qui poſſit imponere. Nefas eſt iudices
hunc iuuenem reliquarum debilitatum ratione deffendi.
Quam in credibile eſt ut occiderit patrem : qui pati non
potuit ut perderet. Rogo quid opus gladio? quid uene
no parricidæ? quãtulũ fuit potius ſeruare matrẽ? Rapiat

ex parentibus illa infirmior: illa peritura Parricidium ſic facere potuiſti ut optimus filius uidereris. Quantum de inde impatiētiſſimis affectibus putatis acceſiſſe poſt cæci tatem? carior eſt pater cum i locum ſucceſſit oculorum: & tunc eſt infinita pietas: cum in illa debeas amare quod fe/ceris. quid dicitis iudices? transferet in facinus hūc cecita tis ſuæ iuuenis fauorem: ad quem cotidie laudatura ciui/tas coit: cui aſſident omnes liberi: omnes parentes? faciet ſe pietatis pariter & ſceleris exemplum? Facilius eſt ut oc cidas patrem a quo ſis ipſe ſeruatus. Nullius unquam iudi ces Parricidii magis debuiſtis excutere cauſas. Cupidi/tas inquit iuuenem egit in facinus. Hoc ſi credibile ſi ue rum eſt debet uideri mulier hæres maritum: an patrem cæ/cus exheredatus occiderit: habeant ſane iudices hanc ne/phariæ cupiditatis feſtinationem: quos uitiorum ardor: quos cottidie luxuria præcipitat. Quo cæco hæredita/tem uel innocentem? oculi ſunt oculi per quos paupertatē ferre non poſſumus oculi tota noſtra luxuria. Hi nos in omnia cottidie uitia præcipitant: mirantur: adamant: cō cupiſcunt. Facilius impleas animi ſatietatem. Quo per fidem diuitias iuueni apud quem omnium rerum diuerſi/tas perit? Circundes licet hanc debilitatem fulgore diui tiis: cæco tamen tunc magis cuncta deſunt: cum contige/runt: nec inuenias debilitatem cui magis cum paupertate conueniat. homo in honore parentum excecatus: Pa/trimonio ſub patre melius utetur. Et quod per fidem par ricidii genus iuuenis elegit? uenenū īquit iuuenis parauit. Cur per fidē: ſi ſufficit: ferro facinus aggredit' cui adhibef cōſciū: cui præſtare debeat miniſtrū: cū maius habere pos ſit ī gladio parricida ſecretū? an poſtea iuueni ſuccurit qd poſſent facere manus: & ſi circa uenenū depræhēſa debili tas collegit ī uires? Nemo iudices: nemo neſcit quēadmo/dū poſſit occidere. Intellexit iudices nouerca q̄ īcredibile eſſet: ut uideret' cæcus paraſſe uenenū. Igit' adiecit tēpta tā ſe: ut illud ipſa porrigeret. Date per fidē iudices operā:

ĩuenite uerba: ſecreto priuignus & nouerca de parricidio locuntur. Ita ſe non putat uterq; tẽptari? quid dicitis iudi ces? Nullum ne in tota domo quod corrũperet aliud par ricida pectus inuenit. Dificilius hoc credas nouercæ: ſi te a nullo alio putes impetraturũ. Non ergo iuuenis credit hæc omnes loqui cum patre: omnium blãdiciarum primũ eſſe ſermonem? nouercã timeas negantẽ. Non habet fidẽ ei credere parricidium: quẽ ſcias proditurum niſi impetra ueris: per fidem iudices attendite criminis diuerſitatem. Temptatam ſe in parricidii conſcientia mulier affirmat. Q uis uero dubitet nunq̃ hoc priuignum fuiſſe facturũ: ſi habere conſcium potuiſſet alium? At qui uenenũ iam pa rauit: emit. Et cum hoc ipſe facere non potuerit cæcus: qs eſt iſte cui parricidii tantum inſtrumenta credũtur? cur nõ idem porrigit ſeni? uel ſi non poteſt decipi maritus niſi ma nibus uxoris: cur ante parricidium ſtruitur: q̃ ſciat an no uerca promittat? Nã quod uult uideri promiſſam ſibi ptẽ bonorũ non eſt argumentũ: niſi & ipſum ꝓbetur. Muli er que ſollicitatur ad facinus: quẽadmodũ ſibi conſulit ne illam parricida decipiat: Et probationes proſpicere de buit ſeu factura quod rogabatur ſeu proditura. Adde ꝙ neq; odit nouercam cæcus cui parricidium credit: neq; he reditate corrũpitur cuius contentus eſt parte dimidia. Ne mo iudices parricidium fatiet quo alius utat̃. Exigo igi tur ut iſtud parricidium cæci tu ſocia: tu conſcia manifeſti us probes. Q uid opus eſt ut iam uenenum iuuenis habe at? pocius ſermonibus noſtris interpone teſtes: fac coram ſeruis loquatur: fac interſint amici: fac audiat pater. Facil limũ eſt cæci decipere ſecretum. Vtere mulier homine qui ſe commiſit oculis tuis. Vtere uerbis quæ regis: manibus: quæ moues. Volo uenenũ ipſe ꝓferat: ipſe porrigat: uolo te rurſus in facinus hortetur: uolo plura ꝓmittat. Parrici dium cæci depræhendi poteſt: dũ tibi fateẗ. Sed inquit inuẽtus ẽ tenens uenenũ. Exiguũ argumentũ nouerca de magna facilitate feciſti. Nõ accuſas cæcum ſed oſtendis

homo expoſitus ad omnem occaſionem : ad omne ludibrium : quem tactus : quem proxima quæq; decipiũt. quid refert : quid in ſinu habeat ille quem depræhendere poſſis : qualem relinquas ? Aquo modo nouerca digreſſa eſt : cuius ordinauit ueſtes : tetigit ſinus : membra cõpoſuit : uenenum põt habere ſic ut neſciat : poteſt ſic ut aliud putet. Si me hercule uolueris tenebit palã : ſi iuſſeris accipiet coram ſeruulis coram amicis : & ſi uenenum nõ diceres hauriet bibet. Nullo magis iudices argumento poteſt innocentia cecitatis intelligi : q̃ quod uidetur depræhẽſus iuuenis. Si parricida eſt : & exquiritur hanc ſaltem ſibi præſtabit diſſimulationem ne teneat uenenũ. Neminem iudices credo mirari : ꝗ iuuenis interrogatus : cui paraſſet : uerba non habuit. Non fuit illud patris indignatio : non fuit dolor. Venenum iuuenis expauit. Auferunt nobis uocẽ quæ fieri poſſe non credimus : & ſilentiũ ẽ admiratio ſubita miſerorum. Neſcit tacere deprætenſorum ſcelerũ trepidatio : & ſtatim reſpondet illa cum ſuo ſibi ſcelere parata deffenſio. Tacere facilius ẽ deceptis q̃ depræhẽſis. Quid ꝑ fidem facere uultis iuuenẽ : quẽ de parricidio cõſulit pater ille ſeruatus : miror hercule nõ dixiſſe uolui ſum ueneficus : ſum parricida : & inuidiã putarẽ ſi cõfeſſus eſſet. Bene qđ neſcit iuuenis quẽadmodum parricidiũ neget : neq; habet illa depræhẽſorũ multa uerba. Venenũ quod tenet cæcus ipſius eſt : ſi illud excuſet. Sed inquit. Exheredatus a patre eſt. Poteram iudices ſecretum hoc ſenis profundumq; uocare conſilium. Contra iuuenem tamen eſſe nõ debet etiam ut de parricidio crediderit nouercæ. Notum hoc iudices ac uulgare facinus ẽ : ꝗ plerumq; cõtra liberos amantur uxores. Et ſequentium matrimoniorum : non aliunde quam de danno pietatis affectus eſt. Genus infirmiſſimæ ſeruitutis eſt ſenex maritus. Et uxoriæ caritatis ardorẽ flagrantius frigidis concipimus affectibus. Quid quod neceſſe eſt impatientius amet maritus uxorem : qui ſibi uidetur filium iam perdidiſſe ? Facillimum eſt de eæ

co parricidium credere cum hucuſq; erraueris: ut inquire/ res. Volo ſcire iudices quid fecerit homo ſenex qui parri cidam filium ſciat. Non culum parat: non illud porri/ git uenenum: non ſaltem abdicatione dimittit: teſtamen/ tum tantũmodo mutat: & parricida ſola paupertate pu/ nitur. Rogo quis præcipitat urget? adeo ne non poteſt fi eri idem poſtero die? grauius hoc faciet pater ſi non præ/ ſtiterit uxori. Quid quod hoc ipſum tam placide: tam quiete facit: quaſi captet imponere? quid dicitis miſerorũ parentum affectus? Exheredaturus pater filium: non aduocat propinquos: non cõtrahit amicos: nullis lachri/ mis tabulæ: nulla uociferatione cõplentur. Neſcis ſenex: quanta tibi opus ſit ratione tabularũ: exhæredas miſerabi lem parricidam. Non eſt iudices quod putetis ideo nul/ lum adiectum ad exheredationẽ iuuenis elogium: quia de ſcelere conſtaret. Nemo unquam ideo non obiecit filio parricidium: quia crederetur. Per fidẽ iudices duorũ in/ ter quos de ſcelere queritur extimemus mutato teſtamẽto proximam noctem. Iuuenis ſeu innocens ſeu parricida: eſt: adhuc in ſuo ſilentio ſtupet: nec facile dixerim ũde ma ior trepidatio: ſi alienum tenuit: an ſuum uenenum. No/ uerca rem inter manus habet anxiam trepidam. Nihil eſt difficilius q̃ differe gaudium: quod ſcias te non mereri: & filio ſe eſſe prælatam non eſt longa perſuaſio. Expectat nunc ut iuuenis agat cauſam poſtero die: ut credulum ſe/ nem ꝓpinqui: ut ciuitas uniuerſa caſtiget: & ſe nouerca ſẽ ſit unius tantum noctis hæredem: nõ creditur teſtamento hominis: qui eadem nocte qua filium exheredauit occidi/ tur. Tractemus nunc iudices ipſius ſceleris comparationẽ Cæcus ignorat ubi iaceat ſenex: an iam quieſcat? Et quã difficile eſt ut credat illum qui modo de parricidio ſuſpi/ catus eſt dormire patrem. Tu ſentis quando ſenem uice rit laſſitudo curarum. Cæco quis renunciat quod diei no ctis ue ſecretũ? Scis pariter an una quieſcentium fores ual lauerit cura ſeruorum. Tu facere potes occaſionem uxor

& domina. Cæco fortaſſis ad aliud limen errandum eſt; Tibi hoc ſolum reſtat ut ferias. Cæcus neceſſe eſt quietē patris ipſa corporum electione cōfundat. Tu iugulum: tu potes pertractare pectus: dum amplecteris: nobis iterū limen caſus rurſus reditus incerta tēptanda ſunt. Tibi reſtat ut ſtatim mēbra cōponas: ut quieſcas. Non ſufficiunt facinus facturo ſole cogitatiōes & uix tā multa pariter ſciretis oculi. Per fidem iudices ab utro credibilius eſt occiſum ſenē a nouerca quæ proſpexit ut alius poſſet eſſe ſuſpectus: an a iuuene cuius īuidia periturus erat: etiā ut illū alius occidat. Intuemini per fidem iudices procedentē parricidam. Quos non iſta ueſtigia frangant rūpantq; ſomnos? Veſtigia plura ſemper errātiū quæ non ualēt ſuſpenſis prætēptatiſq; greſſibus librare corpus: Et quia diu incerta ſunt nutantia: neceſſe eſt grauius præmāt ſolum cui crediderint. Quāto ex hoc plus accipiat neceſſe ē illa nocturni ſilentii quies: ꝙ ambulantis cæci nec manus ceſſāt præmittunt? explorant & adeſſe ſe nunciant? Illa per quæ cōplexus ueniunt nō ſunt in poteſtate cæci quibus toto ſe fateatur ſtrepitu; Quicquid occurrit nequaquā poteſt euitare cecitas niſi offenſa: ut ambulare: ut ingredi nocte poſſimus dies facit. Quā multa deinde ſuperſunt poſtq̄ ad patrem peruentum eſt. Exploretur neceſſe eſt patiter iacentium prima diuerſitas uultus ora tractentur. Detrahantur uelamenta corporibus queratur uulneri locus. Ita ex duobus neutrum excitat? Grauior ſemper dextere tractatus errantis. Paulatim deinde admouendus eſt pectori mucro: & ne qua cōfundatur ignorantia nimium liber ictus: præcedat opportet gladium manus. Vnde tantum uirium cæco: Vt in uno ſtatim ictu mors tota peragatur? Incertum uulnus ſit neceſſe eſt cuius impetum non regitis oculi: nec poſſis cuſtodire deſtinatum ferro locum: Dum ad colligendum uulneris pondus dextere redire permittitur. Vtrum deinde iuuenis poſt uulnus unum continuo fugit? Et quemadmodum ſcit: an facinus expleuerit? an

pocius expectat ut de parricidio cadaueri credat ? Ecce iterum per eadem incerta reddeundum eſt. Omnia rurſus periculoſe tēptanda uenienti. Fidem ueſtram iudices: ut nobis proſit argumētū criminis noſtri: cæcus ſi nec uenire nec reuerti ſine ſtrepitu poteſt: neq; ſic occidere potuit ut deciperet nouercā. Te te hoc loco mulier interrogo: quæ tam grauis quies ut te mors tam uicina non excitet? Paru ulis noctium turbamur offenſis. Excitant nos exigui ple rumq; motus: uox incerta lōginqua & aliquādo ipſum ſilē tiū. Illorum ſane iuxta te ſuprema non ſentias: quos ſe/ nectus langoreſq; diſſoluunt. Hominis qui ferro occidit tumultuat exitus & ſimilis eſt repugnāti. Quid quod ne ceſſe eſt nulla mors inqetior ſit: q̄ quæ ſtatim tota eſt. Nā quod dormiens occiſus eſt: nō eſt q; ſic extimetis tanq̄ per illam quietē tranſierit in mortem: ſit aliquid neceſſe eſt in ter ſoporem mortemq; medium: nec poteſt iungi tanta di/ uerſitas: cum ſit ſompnus ipſe pars uitæ. Nō multum in tereſt quietem noſtram ratio uitæ rūpat an mortis. Homi nem qui dormiens occiditur ipſa mors excitat. Sane nō habuerit ſuppremam uocem. Habet utiq; palpitationes habet motus. Et quicquid totus lectulus ſciat. Et quā/ do mulier ſeni tuo blādius implicita iacuiſti? Siccine dor mis quæ modo turbaſti totā domū: cuius priuignus parri/ cida: miſer eſt maritus. Ecce uitalibus ruptis in amplexus tuos effūdit cruor. Et fugiens p uulnus anima agit ante ſe anhelitus agit crebra ſuſpiria. En iterum largus ille ſā/ guis circa tuos duratur artus. Stringeris deffitientium ri gore mēbrorum: non moueris: non expaueſcis: ſed dormis per tot diuerſitates? non relinquitur quid aliud ſimulare poſſit mulier cui neceſſe eſt iuxta eum inueniri quem occi/ dit. Non eſt iudices quod incredibile putetis: ut quis per ferat dormientis ſimulationem: Nihil eſt quod facilius humana calliditas poſſit imitari. Sic quidem cadauerum expreſſere pallorē: & contra uerbera experimenta tellorū mortium pertulere patientiam. Quanto facilius ſimulare

poſſit mulier rem cuius imitationi ſufficit cluſiſſe lumina laxaſſe membra: dediſſe ſuſpiriis modum & hanelitus ne/gligenter egiſſe. Inter dormientem ſimulantemq; non eſt niſi conſcientia. Nam q ad tot ueſtigia: tot manus: tot proclamationes in eodem tenore durauit nolite mirari: facilius excites dormientem. Et hoc eſt omnium natura rerum: ne quid diutius pferas: quam quod imitaris. Simulare ſomnum habet & hãc facilitatem quod uidetur ſimi/lis excitato qui depræhenſus eſt. Quid hoc eſſe uis mulier: q te non excitet res qua domus tota turbatur? Illam ſeruilis negligentiæ quietem. Illos ſine curis: ſine affectibus ſomnos illos qui non ſtatim primo timore proſiliunt fragor noctis agitauit. Quantus deinde fremitus diſcurrentium tota domo: prima ſunt euigilantium præſidia clamores: nec poteſt quieta res noctis eſſe auxilium. Mino/re ſtrepitu commota es cum excitareris. Ecce cubiculi ueſtri fores trepide feſtinatoris effringuntur impulſu: en lu/men ſuper lectulum ingerunt multe manus: & ad proſtra/torum corporum ſimilitudinem cubiculum gemitu uociferatione completur. Tu iaces & in cadaueris ſimilitudi/ne uſq; reſoluta es. Hoc tu quietem putas eſſe? Patien/tia eſt. Veſtræ iudices extimandum relinquo prudentiæ ſtrepitum quem in cubiculo ſenis fuiſſe confeſſi ſunt qui illo potiſſimum concurrerunt. Vtrum putetis factum colluctatione morientis: an peracta cæde refferentis gladium mulieris fuiſſe diſcurſum? An hoc quoq; inter artes no/uercæ: ut omnibus ſceleris ſui partibus ſẽſim quietæq; diſ/poſitis ipſa ad excitãdam familiam fecerit ſtrepitum? Cui hoc ſolum ſupererat ut ſic inueniretur? Fragor quo familia excitata eſt: ſi redeuntis cæci fuit depræhenſus iuuenis eſſet anteq̃ gladium referret: ut ſciatis Iudices neminem fuiſſe in domo quem nõ fragor ille confuderit. cæcus quoque inuentus in limine eſt ſicut ſolet ultro citoque commeare. Iuuenis: Si intra ſuum patriſque cubiculum facilli/

me diſcurrit : quid adhuc in limine facit ? Euaſi te fugit . Gladium iam repoſuit . Et quanto facilius eſt cœco ſimulare ſomnos uultum quietis imitari . Quod per fidem maius ſubitæ confuſionis argumentum eſt : quam ꝙ cæcus exiliuit & ſtetit ? Grauius neceſſe eſt expaueſcant quibus de ſollitudine ſua non renuntiant oculi & concluſus animus non exit in uiſus non habet unde timori ſuo par ſit . Depræhenſus eſt iuuenis ubi illum deſtituerat impetus timoris . Poteſt negligere cæcitas in cubiculo ſuo ducem : in quo omnes dies : cunctaſque noctes agit iter quod iam multis offenſis multis ædidicit erroribus . Extra limen cecitas eſt . Inde error inde tenebre nihil eſt innocentius cæco qui nec in ſcelere depræhenſus eſt : nec in diſſimulatione . Proclamat hoc loco iuuenis . ut primum inquit me pater fragor domus & uelut tui confudere gemitus : Iterum tanquam te rapturus exilii . Tunc primum miſer ſenſi facinus cæcitatis : ſteti donec mihi renunciareris occiſus : & in illa diſcurrentium trepidatione tenui miſer ocium timoris . O ſi numen aliquod pauliſper accommodaſſet oculos : primus in cubiculum intraſſem patris : inueniſſem fortaſſis adhuc aliqua uerba morientis : loqui interrogare potuiſſem . Tarda & trepida ſunt officia ſeruorum . Ego te depræhendiſſem nouerca uigillantem . Sed inquit gladius cæci cruentatus inuentus eſt . Non eſt Iudices cæcitatis audatia : de parricidio refferre gladium . Et homo cuius paulo ante exquiſiti ſunt ſinus non refferret in cubiculum ſuum ferrum quod non tegere poſſet : non abſcondere & tamen cruentatum ſciat . Quis hanc iudices impudentiam ferat ? Negat cæco ſubripi potuiſſe gladium mulier quæ ſe quiete defendit . Et quanto facilius eſt ſomnos decipere miſerorum : Grauior eſt quies : quibus ex laſſitudine calamitatum uenit . Cæco uero facile eſt etiã uigilanti ſubripere gladiũ . Quẽadmodũ

paratur argumentum: quædam facere non pōt negligētia & facilius eſt ut cecitatem imitentur oculi gladium cruen/ tatum reponentes. Has tantum cauſas habet qui occidit alieno. Sentio iudices iam dudum in dignari miſerrimū iuuenem ꝙ argumentis ꝙ probatione defenditur. Reddē da ſūt maximo uirorum patrocinia tam pie cecitatis: & a/ genda reliqua pars cauſæ admiratione. Intueri mihi iudi ces uideor expeditionis illius incredibilē nouāq; faciem. Vadit rapto patre iuuenis per ardētes creſcenteſq; flāmas dictur ū me putatis: ut euadat: ut fugiat? Properat miſer ut reuertatur. En mēbra cōtactu ſtringūtur ignium. Pa ter tamen toto cooperitur amplexu: & ardentibus tūc quo que pene luminibus: texerūt manus alterius oculos. Hoc nūc me putatis ſtupere mirari quod huic iuuenis oneri per medios ignium globos & ruentia tecta ſuffecit? Illud eſt cui uix habere poſſit mortalitas fidem. Viſus eſt ſibi feciſ/ ſe rem facilem. Quanta dii deeq; pietatis audacia eſt ire rurſus in flāmas: illo ubi patrem pene perdideris. Iam nō erat illud penates: iam non erat domus: ubiq; tamē iuue/ ni uidebatur ardere mater. Iam miſer undiq; flagrantibus membris cū diſcurrentē clauſiſſet ignis: (quod ſolū ſup/ erat uiriū genus:) matrem querebat oculis. Nō fuit illud primum ignium perire lumina candentia: non protexerūt flagrantem ſua membra fatiem: & oculi querentibus ma/ trem manibus arſerunt. Rurſus infœlix totum tactu per luſtrat incendium: & unde maximus eſt collabentium cul/ minum fragor illo debilitas tanq̄ inuētura reuocatur. So/ lus omnium ſeruatus eſt beneficio cecitatis. Protrahatur iudices ſi uidetur in medium reus: plurimum probationi bus adiicere debent truces uultus: terribilis minaxque fa/ cies. Hic eſt iudices qui dicitur tota nocte diſcurriſſe: Hic ille circūſpectus: hic ille fœlix parricida. Receſſerūt cūcta debilitatis officia & hoīs: q circa genua uř a ducē dus ē: nō ē q dirrigat greſſus nō ſeruuli ſupſūt nō pœnates Reſpōdete p fidē: reſpōdete mortales. Vtrum hic p̄rem

occidit: an perdidit? Quid agis infœlicissime iuuenis? rogandum eſt: neq; habes totas præces: perit ille ueſter am bitus ur̄a miſeratio: ſed nefas ē ut reatus iſte ſētiat debilita tis aduerſa. Nos agedū iuuenis duc: imo nr̄is hūeris nr̄is manibus īnitere: nos tibi præces: nos accomodamus; ocu los. Quid aduerſaris ī fœlix? Quid repugnas? Scimus te non rogare pro uita: ſed dura miſer: dura ſaltē: uiue dū uincas: decet te hic quoq; uirtutum tuarum cumulus: de- cet ut digneris moriturus obſolui.

Argumentum.

b Ello cimbrico miles Marianus ſtuprū ſibi īferre co nantem propinquum Marii occidit reus eſt cædis apud Imperatorem.

Pro milite contra Tribunum.

ATIS dedecoris atq; flagitii caſtra cœperunt cum hæc furenti tribuno mens ſubiecta eſt: ut in medio belli cimbrici ſtrepitu āte ſigna (tuus honos ſit habitus ſanctiſſimis auribus:) Iube- ret proſtare gladio cīctū: & uim turpiſſimā ac nephariam tēptaret inferre (ne quid aliud dicā) fortiori. Habet ex- trema labes uiam & in exēplum ī quod facillime uitia pro ſitiunt: noua culpa pernotuit. Et licet impunita ſit reo uirtus ſua: tamen in hoc ruentis in deteriora ſæculi curſu affirmo. Plures erunt qui tribunum imitentur q̄ qui mili tem. Et ſi nihil minus conuenire uidetur partibus aduo- cati ſumme Imperator q̄ reo capite periclitanti ſubſidium miſerationis aufferre: memor tamen pro quo & apud quē loquar. Audacter atq; ut ſpero tuto profiteor militē tuū quicquid afferat caſus hodie ſub ipſo fortunæ minantis ic tu ſtare ſecurum. Aut enim abſolues tanq̄ innocentem: aut punies tanq̄ uirum. Fas eſt uita periclitari: qui natū ſe meminit lege pereundi. Neq; in militiam grauiſſimo aſperrimoq; bello ita uenit: ut neſciret ſibi mortē in ꝓcinc tu habēdā: neq; tam imbellis ut nō forti pectore aduerſa: Dū nō ī honeſta tolleret. Affirmo tibi. C. Mari nō ſic nup

repugnaſſet: ſi illum tribunus uoluiſſet occidere. Neq̃ ignorauit quæ manerent eum pericula: cum obſcœnos furioſi corruptoris amplexus gladio diuelleret. Nec habeo ſane quid in milite præſertim tuo laudem: ſi pudicus eſt tã tum: quia expedit. Nec ſi ſit uitæ cupidiſſimus pœnitere eum facti ſui poteſt. De interfectore corruptoris fortaſſe dubites. Illud utiq̃ ſcio de impudico milite non deliberaſſes. Hunc uero. C. Mari. (Deffendatur enim tam fortiter miles tuus: q̃ iudicatus eſt.) Nec ſi dãnaueris penitebit. Si fors ita tulerit: ibit ad pœnam pleno gradu tam paratus mori pro pudicitia q̃ occidere: laudẽq̃ ppetuã fortiſſimi pudoris ſecum feret. Omnis licet delatorũ uis ingruat: nũq̃ tamẽ effici poterit ut miles tuus magis doleat: q̄ accuſatus: q̃ q̄ appellatus eſt. Sed neq̃ hoc mars parẽs nec ſigna militaria aquilæq̃ uictrices nec tua ſũme imperator diuina uirtus ſinat ut tua quoq̃ ſentẽtia quiſq̃ uir & romanus & miles nimium pudicus ſit: apud quẽ ante principia gerendum eſt. Ecce cum maxime hoc agitur ut inter romanorum legionum manipulos ſcorta deligeᷣ: & ad ſtuprum trahere ſacramento rogatos poſt hac liceat ex decreto tuo. Nec pudet accuſatorem apud. C. Marium (qđ exẽplum diuinitus nobis datũ uideẗ qd in homine uirtus poſſit) aſſidentibus legatis præfectiſq̃ & iſtis illi prodigio diſſimillimis tribunis toto armatoꝝ iudicio obiiceᷣ militi q̄ uir ſit: tãtũq̃ durũ ac ruſticũ & paꝝ meretriciis artibus querit educatũ. At ego ſi qua eſt fides pudicitiã in milite etiã laudare erubeſco. Fœminaꝝ eſt iſta uirtus. Aliter mihi laudãdus eſt uir fortis ydoneus bello: prõptus ad pericula: præſtãtis animi: libere dicã dignior q̃ tribunus eſſet. Hoc. n. ꝓpinquo Mari nõ erubeſceres. Pater huic emeritis bello ſtipẽdiis: tunc cum tota ſubnixum numidia fregimus Iugurtham exauctoratas armis manus agreſti labore ſubegit. Prædura priſcis moribus mater frigoribus ac ſolibus puſta: Et in pleriſq̃ ruris opibus marito pticeps. Affirmo q̃ nemo appellaſſet ĩpune. His ortus ipſe procul ab

omni contactu receſſerat: pueriles quoq; ānos aliquo ſem/
per opere durando ſequi pecora primo: arcere gregibus fe
ras: aliquid ſemper audere maius annis. Ludus fuit rota
re ſaxa: uibrare iactu ſudes: ſaltus agitare uenatu: mox ui/
gentibus lacertis humum ſcindere: ſegnem futuris nouali/
bus eruere ſiluam. Sic effectum eſt ut (quemadmodum ali
qui putant) poſſet cito militare. Interim ex ultimo litto
re occeani & dirempta frigoribus plaga gens a rerum natu
ra bene relegata ſtolida uiribus: indomita feritate: inſolēs
ſucceſſu: nec minus animorum immanitate q̄ corporū be/
luis ſuis proxima: italiam inundauit. nec tamen tantum ī
ſua quantum luxuria ſocordiaq; noſtrorum ducum elata:
dum nos in bello quoq; uitia pacis ſequūtnr: & delicati ſu
mus etiam miſeri: uaſtitatem agris: ſolitudinem iuuētuti:
periculum imperio: ac prope exitium attulit. Apparuitq;
nunq̄ populo romano ad propulſandam pernitiem magis
uiris opus fuiſſe. Itaq; cum appareret ſoluta militiæ diſci
plina & non minor nobis pugna cum moribus eſſet q̄ cum
hoſtibus: ad unicū. C. mari cū uirtutis tuæ: tū ſanctitatis
ſæueritatisq; præſidium cōfugimus. Et me hercule feſti/
narunt parentes ad nomen liberos mittere: q̄uis aſperri/
mo bello: uelut occaſionem complexi: ut ſub te ponere ru
dimenta militiæ contigeret: cernere cottidie diuine uirtu/
tis exemplum: te hortatorem operum habere te teſtem. Et
cū hæc communis totius exercitus eſſet fælicitas dux Ma/
rius tamen (o facinus īdignum) plus reliquis conſecuti ui/
debantur: quibus tribunus contigerat propinquus tuus.
Q uanta cura robora militum legeris imperator: ut hoſti/
bus prope humanas uires excedentibus opponeres parem
delectum: uel ex eo manifeſtum eſt: quod cum ſcires nō ex
cenſu eſſe uirtutem: preterita facultatum contemplatione
uires tātum animoſq; ſpectaſti. quid ꝓdeſt? en quāta dele
ctui tuo fit inuidia. diceris aduerſus cibros pueꝶ ꝓbaſſe.
Sed neq; te militaris ætas fefelit: cuius certiſſima menſura
eſt: poſſe fortiter facere. neq; illa libido fuit ſaltem uitiis

uſitata: quæ ad obſcœnos ueneris ĩpetus formæ cupidine incenditur. Sed quidam pditus contumeliæ amor: ac ſũma flagitiorum uoluptas inquinare honeſta. Hoc ipſum quod primus ãte ſigna procurrit quod ueteranos tyro præcedit quod redit puluere & cruore cõcretus: iſtud iſtud qđ tam uir eſt. Vulgaria ſunt irritamenta cupiditatis: forma ætas: ſingularis res eſt fortis cõcubinus. Illas cicatrices: illa uulnera: illa tot eximiæ decora militie: quid exequar ultra? Imperator pudet me quod intelligis: trãſeo oblatam nolenti munerum uacationẽ & blandius q̃ militiæ diſciplina poſtulat adulatũ militi tribunũ: impatas aſperrimas expeditiones: ut remitterent: ſæpe ordinis: ſæpe affinitatis tuæ iactatã gratiã. Confitemur. C. mari diutius uixit obſcœnus corruptor: dũ iſta miles non intelligit. Nõ audeo dicere Imperator cõcipe animo tẽporis illius habitũ: reforma cogitationes tuas. In aliis forſitan cauſis pmittitur indignitatẽ rei oratione exagerare: de iniuria noſtra latine queri non poſſumus: parcendum uerbis eſt inhibenda magna ex parte ueritas: præuaricãdũ mihi eſt ſi pudorem habeo. Collatis cum hoſte grauiſſimo cominus caſtris cum totum bellum quodam genere ad pedẽ ueniſſet: & omniũ mentes imminẽtis pugne cogitatio impleſſet: circũ fremẽte undiq; barbaro ululatu: romano militi pro ualo excubãti meretriciam obſcœne libidinis patientiã aliquis impat: ſuum quiſq; habeat fortaſſe iuditium. Mea ſententia non ſatis pudicus eſt miles: qui armatus tantum negat. Hoc expoſitiõis loco Imperator malo accuſatoribus credas. Illi narrarunt rem uiro & romano & milite tuo dignam. Ad primum ſtatim obſcœne libidinis ſermonem: non aliter quam ſi in hoſtem claſſicum cæciniſſet: gladium illum quem a te pro pudicitia noſtrarum coniugum acceperat per pectus infandi corruptoris exegit: & illatum ultra pedem: tãtumque non ardorem luminum horrorem capillorũ fremitũ ĩdignationis ãte oculos tuos dicẽdo poſuerũt. ſi omnes milites tales hẽmus Mari uicimus. Verebar eqdẽ

ne fugandi corruptoris cauſa ferrum ſtrinxiſſet:(& quod accidere interim ſolet)dum alter receſſurum putat alter p̄cuſſurum non putat: tam honeſtum opus caſus feciſſet. Neq; enim(ut opinor)hoc quoq; exigendum fuit: ut cum cæcus amētia corruptor per uulnera ipſa rueret ad præbē dos amplexus: miles etiam gladium reduceret. Ego uero parum uiriliter iſtum indignatum putto ſi in tanto dolore tribunum potuit agnoſcere: Ipſe nihil excuſat. Percuſſi inquit.C.mari ſegniuſq; occidi. Hauſi noxium ultrice dextera ſanguinem: ſiue licuit: ſiue nō licuit. Atq; utinam plures mortes cæpiſſet ut impurum ſpiritum renaſcens pœna torqueret. Parum ſeuere militarem reddentibus ſuppliciis diſciplinam cōtinemus: ſi tribuno poſt hoc factum bene ceſſit q̄ occiſus eſt. Reum ergo cædis non inficiatione defendam. Viro forti preſertim & innocenti nihil facere conuenit quod negandum ſit. Non abnuo crimen: imo ſi accuſatores tacerent ipſe narraſſet. Obiicite igitur ſed ut delatores decet totum. Verecūdiſſimū enim milites apud ſāctiſſimas imperatoris aures minus pudet confiteri q̄ nos queri. Parum ne dedecoris ſubimus: quod non de honoribus fortiſſimi uiri queritur & ut lōgiſſime uota præcedant: rem honeſtiſſimam militi feciſſe impune erit? Damnetur etiam: & pudicitiam ſupplicio pē dat. Conuenite legiones intendite animo ſancto tracta undique auxilia. Lex dicitur caſtris: nec pauci ſunt qui hoc nolint licere: illud uelint. Non me hercules poſſum tenere: quo minus in accuſatorem dolor meus erumpat. Quid dicis tu? Si tribunus eſſes: hoc feciſſes? Si miles eſſes hoc tuliſſes? Date præcepta: componite diſciplinā. Miles hac cōtumelia p̄cuſſus ē: Indignis uero uocibus cōtaminatus nihil āplius aliud q̄ renuet? & quis nō illū īter p̄ſtitutos habeat: ſi cōmiſerit ut iterū poſſit appellari? neget tātū ut ultionē īiuriæ ſuæ differat. Ita puto cū illuſerit tribuno: q̄rit̄: īiicit̄ manus: & ab aſſignata ſtatōe miles abducit̄: ut ſtuprū patiat̄. Vos īterrogo accuſatores: q̄d

fatiet? ferret libidinoſas manus uulnera ſua tra͞ctantes: deponet arma: an non ponet? Vir eſt enim auctoré habet. hoc primi ordines iubent: equum eſt tribuno militem parere: in diem ſperare etiam proceſſus poteſt. Pro hoc merito accipiet fortaſſe uicem: ordines ducet: & ſub illo alii militabunt. Si hæc condictio cauſe eſt: ſi defenſor ſui non præmittitur: iudicate predicite ſi corruptorem non licet feriri: feret. non enim poteſt nuda manu repelli: mementote corruptor armatus eſt. Implicitus tamen in nefando nexu. Cogitate quid ſibi feciſſet utrum ſit ſi plura deſpiciat ymo ſi uidetur quo iuſtius queri poſſit patiatur. Iſtud uero flagitium in conatu pereat: nã ſi libido ad uotum obſcœni corruptoris proceſſerit duo occidendi erũt Libere itaq; dixerim. C. mari q̃ de fortiſſimo milite ſententiam feras magis tua intereſt. Huius quidẽ gloriæ nihil plus adiici poteſt: q̃ ſi pro re tam honeſta moritur: hũc mirabitur ſola uirtutum incorrupta teſtis uetuſtas. Hoc ſane factum patres liberis uel poſt pœnam precipient. Tu cogita quid te ſenſiſſe homines ſciant. Hoc exemplum in neutrã partem põt taceri. Cogitare certum eſt id queq; cũ iudicat probare: quod in re ſimili ipſe feciſſet. Omnibus enim ad uirile robur per pueritiam iter eſt. Etiã contra libidinem maturuiſſe non poteſt. Recognoſce incremẽta tua & honeſtam tante magnitudini memoriam priſtine tenuitatis. Sine dubio te ad tot conſulatus & actos aut deſtinatos triumphos diuina uirtus tua ſuſtulit. Memento tamen & tu ſub tribuno militaſti: nec ad hoc faſtigium dignitatis tam breui tibi uenire contigiſſet ſi ſero cæpiſſes Dicam nunc ego præcipuam ſemper curam romanis moribus pudicitiæ fuiſſe. Refferã Lucretiam quæ condito in uiſcera ſua ferro pœnam a ſe neceſſitatis exegit. Et ut q̃ primum pudicus animus a poluto corpore ſeperaretur ſe ipſa percuſſit: quia corruptorẽ nõ potuit occidere. Si nũc placet tibi miles: quid ego uirginiũ narrem: q filie uirginitatẽ: qua ſola poterat morte defẽdit: raptumq; de ꝓximo

ferrum: non recuſanti puellæ immerſit . Diuiſit illi ſolū
Apium quem tamen populus romanus ſeceſſione a patri/
bus & prope ciuili bello perſecutus in uícula 'duci coegit :
neq; ulla res tam magis indignationem plebis commouit :
q̃ ꝙ pudicitiam aufferre temptauerat filiæ militis . Hæc
ſunt honeſta: hæc narranda fœminarum exempla . Nam
uirorum quæ pudicitia eſt: niſi non corrumpere? Non ſit
mihi forſitan querēdum aduerſis auribus ſæculi in tantū
uitia regnare : ut obſcænis cupiditatibus natura ceſſerit :
ut pollutis in fœmineam uſq; patiētiam maribus: incurrat
iam libido in ſexum ſuum . Finē tamen aliquem ſibi uitia
ipſa exceperunt . Vltimumq; ad hoc huius flagitii crimen
fuit corrupiſſe futurum uirum. Hoc uero cuius demē/
tiæ eſt? In concubinatum iuniores leguntur: & in mulie/
brem patientiam uocatur fortaſſe iam maritus . Ego ue/
ro gratulor militari diſciplinæ: gratulor opinioni caſtrorū
ſi huius mentis tribunus in hunc primum incidit . Ita ne
tādem (Iuuat enī uelut præſentis inſequi furorem) Scor/
ta tua ſtipendium mærētur : & ſub ſignis exoletos trahis?
Ideo meretrices ab exercitu ſubmouentur: intrare caſtra fe
minis non licet? Ita puto non opus eſt Militem : hoc eſt
pluſq̃ uirum iam iamq; in acie ſtaturum: cui pro uirili por/
tione ſalutem ſuam patria comiſſit appellas: fortaſſe claſi
co ſonante . Ideo ſtationes circuis ideo uigilas ambis?
En quem tribunum faceres cum præteſtati militabant . nō
hic profuſus eſt furor? Non manifeſta dementia eſt? Vi
des munitum gladio latus: loricam ferro aſperam : clauſā
galea faciem & ad terrorem belli criſtas minantes : inſcrip
tum in ſcuto. C. Marii nomen: totum deniq; uirum mar/
tio habitu horrentē . Hic tibi cultus ꝓſtituti uidet̃? Ap/
pellabis de ſtupro? Vim afferes? Quid deinde expectas:
ut ille te tribunū putet: cū tu illum nō putes militem? Va/
cat enim uitiis noſtris: & ad omne uotū fluente fortuna la
ſciuit ocium : Aut in eo ſaltem ſtatu res publica eſt: ut ad
reſtituendum eam ſatis ſit milites impudicos nō eſſe . Nō

deprolatando tibi ĩperio res eſt: nec tranſmarinas ut nuper
prouincias petimus. De italiæ poſſeſſione certatur pro
aris fociſq; conſtitimus. An hæc omnia igni ferroq; uaſtẽ
tur. An nobis caput barbarus hoſtis excidat. An cimbri
ce loquẽdum ſit uita omnium noſtrorum & ſalus: (namq;
aliud ne ſub hoſte quidem uiri timemus) in ultimum diſcri
men adducitur. Influxit italiæ inaudita multitudo: quã
ne ea quidem potuit ſuſtinere terra quæ genuit: inuſitata
corporum magnitudo: mores etiam germanis feri. Stra
ge noſtrorum campi latẽt: iam fugatorum Carbonis: atq;
Sillani ſub comperatione fœlix militia eſt. Iacet poſt a/
miſſum Scaurus exercitum. Seruilii Manliiq; bina cum
tot legionibus caſtra perdidimus. Gens maiorem terra/
rum partem uictoriis peruagata: tantum in Mario ſtetit:
Libenter te imperator interrogo ĩ hoc rerum ſtatu tales mi
lites habere malis an tales tribunos? In tanto belli diſcur
ſu: ne conceſſæ quidem ueneri darem ueniam Nam quo
ad altiorem quiſq; honorum gradum extenditur magis in
exemplum ſpectantibus patet. Cum alii excubent arma/
ti: alii clauſtra portarum tueantur: alii uallum foſſaſq; ſcu
tis innixi cingant: cibum ipſum ſtantes capiant: tribu/
nus inter ſcorta uolutabitur? Et has ſolas uigilias aget?
Ac ne ideo quidem breuem ſaltem frugalitatis perferret ſi
mulationem: ne hoc ipſum facere milites ſciant? Age por
ro ſi uiueret tribunus: & hoc ad te factũ imperator defer/
remus: circunſtaret uniuerſus exercitus nec hãc militis cõ
tumeliam: ſed militiæ putaret: quid ageres? Quid con/
ſtitueres? beneficium accepiſti Mari beneficium: non ha
bes neceſſe propinquum tuum occidere. Nam ſi uere ex
timemus imperium. po. ro. ad hanc diem: militari diſci/
plina ſtetit. Non enim nobis aut multitudo maior eſt quã
cæteris gentibus: aut uehementiora corpora q̃ uel his ec/
ce cimbris: aut maiores opes q̃ locupletiſſimis regnis: aut
mortis contemptus facilior q̃ pleriſq; barbatis cauſam ui/
tæ non habentibus. Principes nos facit ſeueritas inſtitu/

torum: ordo militiæ; amor quidam laboris: & cottidiana exercitatione aſſidua belli meditatio. Itaq; plura pene moribus q̄ uiribus uicimus: cum captiue quoq; ſancte ha/bebantur: & contumelia etiam hoſti aberat. ; Quæ omnia longa ſuperbæ nobilitatis intermiſſa luxuria tui nobis mores retulerũt. Dii profecto magnitudinem tuam curãt Imperator ac dirrigunt: qui tibi ſuper cæteras laudes ob/tulerunt tam honeſte ſententiæ occaſionem. ꝙ miles forti/ter fecit ſi abſoluis tuum exemplum eſt. Niſi forte hoc me perturbari putatis ꝙ tribunus fuit. Ideo hercule turpior ideo morte omni dignior. hæc enim conditio ſuperiorum eſt: Vt quicquid faciunt præcipere uideãtur: & pernicioſiſſimus eſt male rei maximus quiſq; auctor. quis cõtinebit militiam? Quis caſtrenſis diſciplinæ præcipiet ſeueritatem? Quis te imperator maioribus curis diſtricto delic/ta militum coercebit? Tribuni corpus & peccata corri/get? Ad quem confugiam? cui querar? ſic fit ut neceſſe habeamus ipſi nos uindicare. Tribunus fuit: & hic miles fuit. Tribunus hoc dicis cui parere caligatum lex iubet: qui non ſolum militibus ſed cẽturionibus præpoſitus partem quandam imperatoriæ poteſtatis obtinet. Ita opi/nor contra iura caſtrorum fecerat miles: etiam ſi tãtum negaſſet. Neſcis ꝙ iſtius honoris faſtigium quæ poteſtas ordinis: tiro eſt. Age ſi ad te. C. Mari aliquis impudicum militem detuliſſet: ferres dicentem. Tribunus me iuſſit? Quod ſi par in utraq; parte delictum eſt: hoc tantum cri/men militem ſaltem decet. Tribunus fuit. Videor me hercules imperator oblitus mediocritatis meæ: cũ uix unius defenſioni ſufficiam: quedam pro uniuerſo dicturus exercitu. Omnes has quæ circunſtetere legiones: florem Italiæ: ciuium ſociorumq; robora una uoce proclamare apud tribunal exiſtima. Non ignominiæ tribuni parere poſſumus: nemo noſtrũ recuſat itinerum laborem: nec inuiſum ſuper arma faſcem: non æſtiui ſolis ardorem: nec ſub pellibus actam hyemẽ: ferienda ſit fatigato foſſa: pro

uallo portiſq; uigilandum: fortiter ancipites inibimus pugnas: uulnera laude penſabimus: mors erit ignominia potior. Quicquid in pugna patimur uirorum eſt. Imperet aſperas tribunus expeditiones: ſi quo uertice mōtis hoſtis pellendus eſt: ſi inter infeſtos armatis ſaltus ſpeculandum: ſeuiat deniq; ī terga uerberibus: exigat ſeruilem plagarum paciētiam: leno etiam ſeruis excipitur: fortaſſe hac lege captiuos uēdes. Si meretricia imperatur neceſſitas. Si aduerſus obſcænam uim corruptoris arma tantum contumeliæ cauſa habemus: potius caſtra capiātur & uim tribuni interpellet cymber. Nihil tale nouere germani & ſanctius uiuitur ad occeanum. Quid futurum eſt Imperator ſi ad pudicitiam militum pertinet uinci? An ignoramus Imperator quanta quondam. Po. Ro. exarſerit ſeditio: cum ex domo fœneratoris addictus lacero uerberibus tergo prorupiſſet ī publicum: & illas ſuppliciorum notas tuliſſe ſe quereretur: ꝗ uim corruptoris pati noluiſſet? Et ille tamen quanq̄ hoc flagitium conatus in addicto ac pene uix libero uidebatur aliquatenus memor fuiſſe romane ſanctitatis qui uim obſcœniſſimam nō temptauerat niſi aduerſus alligatas manus. Eo tamen uſq;. po. ro. uindicta proceſſit: ut ardentibus bello finibus ad delectū nemo reſpōderet niſi & pœna corruptoris & abrogatione legis ſatiſfactū eſſet. Nolebant militare quamuis hanc iniuriam non miles acceperat. Quid de fabio æburno loquar qui filium impudicum cognita domi cauſa necauit. Iam iam commilito quicunq; caſus manet: etiam ſi imperator te dampnaturus eſt. Habes ſolacium ſacius eſt q̄ a patre occidi. At propinquus. C. Mari fuit. Corrumpitis iudicem & animo alioquin leui graue pōdus imponitis. Propinquus tuus fuit. O rem omnibus narrādam cum abſolueris. Nam ſi quid tibi iudicādi fides tua cauſa facere pmittit: cogites profecto quantum tibi hoc ipſum apud æmulos: quos uirtutibus offendis: allaturum ſit inuidiæ: cū uideberis: aut corruptorem militis iudicaſſe innocentem:

aut propinquum tuum etiam uindicare nocētē. Olim iā Imperator inter fulgentes uirtutes tuas liuor locū quærit: & natura quidem omnibus nouitatis incrementis aduerſa nobilitas: tuis tamen laudibus præſſa & obruta: rimatur occaſionem criminum. Quod ſi bene inuidiam noui hoc quoq; tibi obiicietur: ꝙ ſaltem propīquus tuus peccauit. Quare abdicandus & eiurandus ē non tuus ſanguis. Certe nihil minus commitendum: quam ut ulciſcaris hoc flagitium: in eo præſertim: qui apud malignos poterit uideri te permittente feciſſe. At ille ſi unquam cogitaſſet ſe eſſe propinquum tuum: non has uirtutes tuas: inter quas fortuna tua minima eſt: cum ei uelut propius contemplari licuiſſet: toto pectore haurire debuerat? Non huic affinitatis ſuæ fœlicitati refferre gratiam? Milites te melius imitantur. Quod ſi poſt hanc mentem uiueret tribunus neceſſarium forſitan erat hac quoq; eum premi inuidia: ꝙ iſta feciſſet Marii propinquus: quod ex ipſa ſtirpe uirtutum ſuſtuliſſet ſe flagitii ſoboles. Nam cum bene ſit liberata probro familia: quid attinet illud ſubinde Mario obiicere? Optimum fuerat non habuiſſe talem proximum & libenter perdidiſſe. Perorata Imperator: ut mediocritas ingenii mei tulit: cauſa. Scio commendationis partes eſſe reliquas: ſed has ſuperuacuas facit ſanctitas tua. Quid enim uerear ne noceat reo humilitas apud te: cui uel gratior poteſt eſſe nuda uirtus: apud quem maximum eſt ex ſe cepiſſe? Commendem tibi ordinem caligati militis: quem uelut incrementorum tuorum natalem libenter ab alto reſpicis? Adhuc fortaſſe patriciū ualuerit genus: Sed ductum tuis longa ſerie dignitatis ordinē: ipſa uirtutum conditione meliorem feciſti. Nondum potuit altius procedere uir adhuc huius ætatis. Tamen cum uirū fortem: cū dignū tuis caſtris: tuis auſpiciis probarim: cōmendo tibi quicquid melius miles fieri poteſt. Hoc quidem profecto non expectas: ut in extrema actione miſerabili fletu: & humili obteſtatione uitam genu nixus petat:

nec tu rogari ab innocente exigis : nec uiro forti opus eſt
præcari abſolutionem . Vnum rogat : ut ſi quid de cau-
ſa illius dubitas : des dilationem uſque ad proximum præ
lium : pone in prima acie : pone ante ſigna( fortiter dixe
rim. )non inter Tyrones : ubi uſus periculi quo maximus
hoſtium globus ingruet : ſpecta pugnantem. Affirmo tūc
minus ignoſces tribuno. Liceat ire in aciem: cōgredi cum
hoſtibus. Si pire debet rogat te Imperator miles tuus ope
ris mortis ſuae utaris fœliciter.

## Argumentum

Ir fortis optet præmium quod uolet. Q ui cau-
ſas mortis in ſenatu non reddiderit iſepultus abii
ciatur. Q uidam de partu uxoris mathematicum
conſuluit. Is reſpondet uirum fortem futurum qui naſce
retur : deinde patricidam. Cum adoleuiſſet : qui erat na
tus : bello patriæ fortiter fecit : reddit cauſas uoluntariæ
mortis. Pater contradicit.

## Pro filio contra patrem.

OSITVS patres conſcripti in ea conditione
triſtiſſimæ ſortis : ut nec morte dignus ſim ni-
ſi me patricidam putetis : nec præmio niſi in-
nocentem : adeoq; ludibriis miſeræ ſim diuer
ſitatis neceſſitatis implicitus: ut ;impetrandum a uobis ha
beā odii mei fauorem : queſo præter omnia: quæ ante hoc
tempus circa nos ordo prædicte ueritatis explicuit : attu-
liſſe me credatis urgentium malorum probationem. De
parricidio uenit : ꝙ occidere me poſſum : de fato ꝙ mi-
hi non licet mori. Non ſolum mathematicus ſæculo tem
poribuſq; prædixit has manus : & ego me parricidium cre
do facturum: ꝑluſq; reſponſum : q̄ ſacræ artis triſte præſa
gium eſt : quod mihi ſic minatur animus meus. Non hā-

beo infœlix in cogitationibus meis unde non timeam : & facinus : quod ſibi pro me pietas patris : quod ſingulorũ innocentia rogat : ſentio . Patior : agnoſco : ne quis me tamẽ laborare putet miſeræ perſuaſionis errore : Accipite cur non poſſim dubitare de fato . Parricidium credit : qui facturus eſt . non timet : qui periturus eſt : Ante omnia igitur a grauitate publica peto : ne pro tota innocentia mea contenti ſitis hoc : ꝗ uolo mori : nec quia uideor contẽdere cum Mathematico : uincere neceſſitates : expugnare factum : ideo mihi bene credi putetis & uitam . Aliud ẽ facinus non eſſe facturum . Aliud mori uelle ne facias Q uinimo ( ſi qua eſt fides ) hoc quod uos conſtantiam putatis : infirmitas eſt : ꝗ ad ſuprema confugio : animum meum noui . Nouiſſima uitæ : mentis integritas eſt : ĩ mea poteſtate breui non habeo nec mortem . Fidẽ ueſtram . P . C . ne quid ãplius de miſera pietate ſperetis . Q ui mori uolo ne parricidiũ admittã : nõ iuenio quẽadmodũ illud poſſim nõ facere uicturus . Nã quod ad patrem pertinet : qui me retinet uiuere nolentem : non miror : ꝗ adhuc recẽti gloriæ noſtræ gaudio ſtupet : & in opera mea totus oculis animoq; conuerſus : parricidam non uidet per uirũ fortem . Hic eſt animus : quo me q̃uis denunciatũ predictũq; ſeruauit : & cum incertis adhuc dubiiſq; uirtutibus præſtiterit ut uiuerẽ : præſtat meritis actiſq; ne moriar . Nunc ille : ꝗ pietate : ꝗ uideor iſtius perire reuerentia : uocat patricidium ſuũ : & in orbitate : quã ſibi facere uidetur : non remedium meum : ſed ſuum ſpectat affectum . Filius qui uult mori ne patricida ſit : aliter ſibi uidetur remunerãri nõ poſſe : q̃ ut ipſe moriatur . Merito prorſus : merito miſerum ſenem : triſteſ ſollicitudines & præſcii metus : ad Mathematicum : & reſponſa miſerunt . Debui uir fortis nũciari parricida prædici . Siue enim miſeræ coniugis prodigioſa fœcũditaſ tumultuoſis pulſibus maritales inqetauit ãplexus : ſeu ꝑ anxias noctes diroſq; ſomnos feralibus ſenex imaginibus agitatur : Dicitur ad notiſſimum ſacræ artis antiſti-

tem non ſpes : non auida uota : ſed ſuſpiria : metus & præſagium magni neſcio cuius incerti detulliſſe pallo/ rem . Quid aliud hoc eſſe uultus . P . C . quam pri/ mam fatalis inſtinctus neceſſitatem ? De partu uxoris non potuit non interrogare : deinde non credidit . Re feram nunc . P . C . cuius artis : cuius fuiſſe dicatur au ctoritas : quem putauit adeundum : qui ſic timebat . Homo qui(quod certum habeo)plurimis meruerat ex/ perimentis : ut ad illum : uelut ad oracula deorum : ple numque ſacro ſpiritu pectus : hominum ſollicitudines : metuſque confugerent : dicitur inſpecta totius ratione cæ li digeſtis ſideribus in numeros : ad publici priuatique fati ſtupuiſſe conſpectum : & tanta proſperorum triſtium que congerie magis ipſo conſultore perterritus : diu non comiſiſſe uerbis : quod uidebat . Sed o uirum grauita/ tis antiquæ dignumque : cui ſe fatorum archana nuda/ rent : Cum partus : de quo querebatur multa præſta/ ret propiora proſpera : lætos incipientes annos : non fu it contentus meliora prædicere : ſed(quæ certiſſima eſt uera proferentium fides) : quicquid depræhenderat pro tulit in medium : & proclamauit futurum uirum fortem : deinde parricidam . Quis unquam . P . C . fiducia ma iore reſpondit ? Cum ſummum facinus denunciaret : ante ſe dixit probaturum . Fecerat profecto . P . C . in/ terrogando mathematicū pater : rē non educaturi : ſi quid triſtius comperiſſet : niſi hoc primum de fato fuiſſet ut uiuerem . Sed nec Mathematici fides circa momentum aliquemue ceſſauit ordinem : non numerus fefellit : non ſexus in partu : non iuuenta : non robur . Illa quo/ que : quæ uelut extrinſecus conſentiebant : affuere reſ/ ponſo . Bellum hoſtis : acies : ad illam ipſam qua for/ titer facere poteramus ætatem . Pater uero periculi ſui de/ nūciatiōe nō territus : arma mihi : proh triſtis neceſſitas : ar ma ipſe circūdedit : & ſuis ad pugnā manibus aptauit : tāq̄ Mathematico id iā credidiſſet . Quis mireť : ꝙ reſpōſū nō

cõtempſerit:dum ſperabat ut fortiter facerem? Mori me non uult: & iam non ſupereſt niſi patricidium. O mors laudanda fortibus: expetenda miſeris: non recuſãda fœlicibus: quantum te queſiuimus in bello. Tuli enim (deos teſtor) in aciem: tuli non uirium iactationem: non gloriæ cupiditatem: ſed ut patriæ præſtaret aliquid utilitas mei: ut hunc mihi deploratum ſpiritum: hoc deſtinatum damnatumq; corpus: publicarum utilitatum uſus abſumeret. Ibi primum miſer didici: quam multa neſcientes: q̃ multa faceremus inuiti. In medios hoſtium globos perditus pugnator exilii: ceſſit acies. Denſiſſima queq; certamina ſolus inuaſi: reſiſtere nemo ſuſtinuit. Obuiis ictibus membra nudaui: & ad incurrens ubique ferrum uitalia parata circũtuli: uacua circa me tela ceciderũt. Miſerũ me deceptæ cogitationis euẽtu: fortiter feci: dum mereor occidi. Recedite gratulationes: abite laudantes: non circumeo templa: non reddo uota numinibus: ad patricidium ueni. Quem ego paulo ante paſſus ſum miſeræ conſcientiæ pudorem: ad patrem arma non retuli. Timui quinimo ne mihi dum reuertor occurreret: ne in oſcula mea: plenaſque adhuc uictricibus tellis manus incauto rueret amplexu. Quam tunc inter cæteras exclamationes deducentis exercitus uocem: quod circunſtantis populi murmur excepi: Magnum fœlicemque iuuenẽ ſi ſubito moreretur. Adiuuate dii pariter atque homines: dum perire concupiſco: dum uolo miſeremini: ne hunc ardorem fugientis animæ dilatione laxetis. Proclamo: teſtor: in nouiſſimo fati ſtamus abrupto prope eſt: ut occidat patrem patricida prædictus dum eſt mori paratus. Quid me pater adhuc detines? Quid moraris abeuntem? Melius quidem fuerat hunc ſpiritum: aut in ipſa maternorum uiſcerum ſede comprimere: aut ut primum contactu ſuo cœlum: terraſque pollueret feſtina morte dimittere. Sane tamen caritas patriæ priuatos uicerit metus: & in honorem uirtutum

ſcelera nutrita ſint . Quicquid eſt propter quod educa/
ri me tanti fuit : explicitum peractumqꝫ eſt . Reſtat una
pars fati : ultimum ſolumqꝫ facinus . Fruſtra me conſola/
ris æquanimitate patientiaqꝫ tua . Non Iudices utriuſqꝫ
noſtrum diſcrimen agitur . Tu mori periclitaris : ego pa/
trem inuitus occidere . Hoc primum itaqꝫ excuſo uo/
bis . P . C . quod primum peto : ſatis ſit hactenus uiri for/
tis nomen agnoſcere : hucuſqꝫ auctoritatem ſacræ legis at
tingere : ut illam ĩ aduocationem ſacræ mortis adducam .
Relaturum me putatis illa optionum uerba ſolemnia : nõ
capere magnorum præcia meritorum ſolas æquitates : tan
ta remunerãdus benignitate : quod fortiter fecit aliquis :
quanta ſollicitaretis ut faceret . Nemini unquam minus
ſoluendo ciuitas fuit . Præſtiti poſt quod mori continuo
deberem . Sed ſecuri eſtote de auiditate ſũmæ poteſtatis .
illud in finitum : illud immodicum : quod nobis uoluerunt
licere leges : intra ſe conſũmit ille : qui meruit . Titulos : i/
magines : honores ſeruate uicturis : mihi præſtate ſalutem
patris : innocentiam meam : temporum pudorem . Quæ
ſo ne mihi ideo præmium negetis : quia fortaſſis & hoc de
beatis odiſſe : quod fortiter feci . Extra inuidiam eſt op
tio : cum id exigam : quod impetrare potuiſſem etiam an
tequam fortiter facerem . Nam quod obiter optionis red/
do rationem : quæſo ne quis ideo me parum aut premio fi
dem credat : aut cauſis : quia utriuſqꝫ iuris miſcui præces .
Ignoſcite ardori perire cupientis : quod pariter imploro :
quæ ſingula ſufficere potuiſſent . Fidem quinimo ueſtrã
(ſi qua adhuc lex eſt : quæ adiuuare poſſit mori uolẽtem)
cõmodate : cõferte : ẽ utriuſqꝫ iuris & auctoritas : qđ in mea
morte tribuatis . Præſtate cauſis : ut moriar : præmio ut
ſepeliar . ſẽtio . P . C . hoc primũ ab effectibus publicis petẽ
dũ ne qs iõ mori me uelle nõ credat : qa potiuſ ad cauſas ac
uerba cõfugi : qa a uobis malui petere : qcqd ab his potui
mãibus accipe . merui fateor malignas ĩterpretationes : uir
fortis ut morerer a bello ĩuerſus arma poſui : populi fauorẽ

gaudia ciuitatis intraui. Sed ſiue hoc eſt ſepulturæ ſuæ magna reuerentia peſſimæq; additæ pectoribus humanis infirmitates: ut eſſet quod timeret: qui non timet mortem: ſiue decuit innocentiæ amore pereuntem tranquilitas magna peundi: ignoſcite quæſo cõctationi patiẽtiæ moræ. Si me continuo occidiſſem: tanquam patricida moriebar. Neq; eſt. P. C. ꝙ excludi præmium putetis contraditione patris. Eximus per magnorum operum reuerentiam de neceſſitate parendi: & aut interim nobis magna uenit contra nominis huius potentiam de uirtutum fauore libertas: aut obſequio peracto: demum optionem repetemus. Non eſt ꝙ uos reſiſtentis moueat auctoritas. Neminem inuenias mori uolentem: qui nõ habeat aliquẽ uetantem. Ille cui præſto non ſunt pignora caritatis: lachrymis tamẽ audientiũ & conſolationibus & promptiſſima ſemper exhortatione retinetur. Parentibus uero circa liberos unus affectus eſt: fauere uitæ: timere mortem. Non habent patientiam nec iuſtæ orbitatis: & inter ſupplitia pœnaſq; omnes: tamen illis innocentes omnes miſeri ſumus. Ego. P. C. comunem hanc impatientiam ſenis accendo: pietate: reuerentia: fieri non poteſt: ut ſe mori debere perſuadeat filius patri: propter quem ſe uidetur occidere. Hactenus leges: hactenus merita uirtutum. Veniamus ad neceſſitates. Mori uolo ita: ut reddidi cauſas: ita non ex hac deſtinatione ſentitis quicquid dici poteſt? Q uicquid dici non poteſt uiderit: quid nos hucuſq; protulerit. Hinc incipit ratio quod uolo. Fingite unum ex populo turbaq; petere ius præmiorum. Non debet hoc uetari: quotiens habet cauſas: nõ poteſt: quotiens non habet. Scilicet enim uerendum eſt: ne ad hoc inconſulte: ne temere leuitas humana proſiliat: & credibile ẽ: ut quicqd apud hominẽ ꝓ uita dici põt: ipſa ſibi uita nõ dixerit: Abite gratulationes: ſilete blanditiæ: quotiens iã putatis noluiſſe me mori? Primum hoc maximum quod pro incolumitate hominis natura comẽta ẽ: ut periremus inuiti

& contra tot aduerſos caſus patientiæ nobis equanimitate ſuccurreret. Inde eſt ꝙ inter luctus & deſperationes fœda uiuacitate duramus. An uos me moueri non creditis ꝙ iuuenis ſum? Quod modo uitæ uoluptates: modo gaudia lucis ingreſſus ſum? Quantopere mihi blanditur: ꝙ publicis ex acie reportatus humeris letitiam ciuitatis ípleui. Quotiens me hercule hæc uulnera & rorantia hoſtili cruore arma conſpexi animum ſupra neceſſitates erigo: ſupra fatum pono. Sed omnia mihi iam diſcuſſa conſūpta ſunt: & honeſta pereundi ratione uicta ceſſerunt. Quid mihi amplius cū corpore: qđ oderūt oculi ſui: cū quo cottidie properans anima rixatur? Non ſūt mea mēbra: quæ poſſim (uelut hoſtis alicuius) lacerare: confodere. Homini qui ſemel renunciauit rebus humanis: non redditur uita: ſed tempus: & ipſa cupiditas ratioq; pereūdi hoc ipſo: quo uetamur: accreſcit. Fœlicior me hercules qui moritur anteq̄ debeat: anteq̄ uelit. Pene ſero renūciat uitæ: quiſquis ſic ad exitum peruenit: ut hoc illum facere nemo miretur. Ei tantū debet mors negari: de quo non ſufficit hoc pœne genus: ut ipſe ſe potius occidat. Nā quod lex iuſſit: ut moriturus redderet cauſas: quod inſepultum noluit abiici: ſi ſic properaſſet erumpere: ut non nūciaret: hoc prius nō fateretur. Fallitur quiſquis ideo factū putat: ut teneremur in uita. Illa uero non timet pereundi temeritatem: nec ſecretum doloris alieni libenter inquirit. Sciebat illos non aliter auſuros proferre cauſas: quos ſceleris conſcientia: quos maioris cruciatus metus in ſuppremа compelleret. Igitur ne ſupplicia properato lucrarentur obitu: rurſus in pœnam nocentes inſepulti corporis reuocauit iniuria. Lex placida: mittis: cauſas mortis reddi uoluit: non æſtimari. Poſſum igitur. P. C. publica quadam uoce generis humani reſpondere: querentibus cauſas mortis interrogatus. At ego difficilius redderem uitæ. Quid iuuat o miſera mortalitas animam per tot annos (etiam ſi natura patiatur) per infinita temporum ſpatia triſtiſſimo cor-

poris retinere complexu? ſi cuncta gaudia noſtra: ſi uo/
luptates: & quæcunq; ex hac uniuerſitate mundi uel ſolli
citant aſpectu: uel blandiuntur uſu: diligenter excutias:
Tota uita hominis unus eſt dies. Humiles prorſus abiec
tæq; mentes: quas non implent hæc eadem: ſemperq; re/
deuntia. Vt quis honeſtis operatus artibus ſciat: quis fi
nis bonorum: quæ uera fœlicitas: nunquam ſibi uidebi/
tur præmatura morte periturus: & lucis cauſas: ad animũ
mentemq; refferentium: neminem quotidie uita non ſaci/
at. Relaturum me nunc putatis: quãto plura ſint in hac
eui breuitate fugienda: comperaturum gaudiis proſperis
metus calamitates. Illa illa exiſtimemus ꝓpter quæ fatti/
gamus uotis deos: propter que breuem querimur ætatem
Nempe ſunt uanitas: cupido: luxuria: libido. Non pu/
det propter hoc ferre debilitates: luctus: ſpatia morborũ:
& cum liceat euadere: male pati. Finge tibi uelut ipſam
proclamare naturã. Receptus es in hoc pulcherrimum
mundi rerumq; conſortium: & per ſuccedentium uices in
ordinem mortalitatis natus: bona noſtra uidiſti. Admit
te poſteros: cede uenientibus. Neſcis te quanto diutius
uixeris: tanto magis impatientiam parere? Quantum li/
bet prorogentur tempora: iungãtur ætates: quãdoq; tamẽ
non poteſt: non exitu perire miſer: qui moritur inuitus.
Miraris q; ſuppremа mea ipſe præcipitem? Non quid enĩ
non hæc agunt ſinguli dies? Omnis nos hora per tacitos
fallenteſq; curſus applicat fato: & in hac turpiſſima perpe
tuitatis cogitatione deſtricti: per exigua feſtinãtis eui mo
menta præmorimur. Faciamus pocius de fine remedium:
de neceſſitate ſolatium: exeamus ſponte: conſilio: pleni
ſecuritatis gratias agentes. Solus uixit quoad uoluit: qui
mori mauult. Indulgete quæſo ſeuæ triſteſq; cauſæ: in/
dulgete uirtutes: ut mori tanquam magno animo uelim.
Ita non ſufficit ad maturandos exitus quod fortiter feci?
Infirmæ prorſus terrenæque mẽtis eſt: ut numeretis ãnos:
ego (quæ fœliciſſima uel laſſitudo uel ſacietas eſt) uirtute

conſenui. Quid adhuc inter accidentia fragileſq; caſus ago? Homo receptus in publicas gratulationes præſentiæ humilitate decreſco. Minores fiant neceſſe eſt diuturnitates: quarum initia cõfirmauere ſuſceſſus: cum iam nec operibus nec fœlicitati poſſit accidere. Cum fortuna ruere dementia eſt: & ætatem trahere perẽtem. Nullos ego ſenes degere turpius puto: quam qui fortiſſimi fuerunt. Vultis expectem: ut putres artus fœdet pudẽda canities: ut ſanguine mẽbra uacuata uix nitãtur ad greſſus: ut hæ laudatæ manus nec ad quotidianæ uitæ miniſteria ſufficiant? Quam miſerum: q̃ deforme eſt: meminiſſe quod fueris: refferre cicatricũ tuarum redundationes: & frigidam præteritorum memoriam: cum iam fidem membra non habeant: ſupra ſua facta rideri. Feſtinato de ſæculo exire debeo: dum alacre corpus: dum ſpiritus uiget: dum teneor: dum deſideror. Et hæc uolo deberi manibus meis: animo meo. Fauete dii pariter atq; homines: mortem uir fortis inueni. Eſt hæc comunis mihi cum multis fortaſſe cauſa: ſed ueniamus ad meam. Si mihi mathematicus denuntiaſſet dampna membrorum: grauem corporis perpetuumq; langorem: ignoſceres tanta mala uel incerta fugienti. Plus eſt quod expaueſco: quod timeo. Minatus ẽ mihi manus meas meus animus: nullumq; uoluit eſſe momentum: quo ſecurus intrepiduſq; requieſcerem. Iuſſus ſum uitam per hanelitus: metuſq; conſũmere. Quis inter hæc ſpei? Quis conſolationis eſt locus? Mori debeo tã q̃ nocens: ſi mathematicus uerum dixit: tamquam miſer ſi mentitus eſt. Quid q͛ me dixit parricidam futurũ. En quem mittamus in experimentum: cui credamus. Placet poſt futurorũ ĩcertam tractare rationem: quid ad diuerſas perſuaſiones: Et ad loquaciſſima humanorum pectorum ĩgenia uariaris? Parricidium dictus ſum facturus: ſi poſſũ poſt hæc uiuere non ſum innocens: etiam ſi non fecero. Interrogare me hercules hoc libet uos omnes liberi: omnes parentes: quem mihi poſt hanc denuntiationem aſſignetis

animum? Homo ſum: cuius corpus iratum fortaſſe ſæculo numen: uelut aptiſſimam facinori uidetur ellegiſſe materiam: cui imprimis continuo natalibus aſſignata eſt uirtus pariter & facinus. Omnium incredibilium diuerſorūque pariter capax: omnibus dificultatibus nouitatibuſq; ſufficiens: ſceleribus miſer & ſine morte ſua nocēs: in quo debeatis ipſas odiſſe uirtutes. Neſcio quæ me prodigioſa feritas in patrem uelut telum aliquod caſurumq; pōdus librat: impingit. Facinus me manet: quod contra fidem eſt: quod futurum mihi negatur: ut nolim: cuius non tempus: non locus: non cauſa prædicitur. An mori debeam uos extimabitis: non debui naſci. Sentit pater quanta ſit prædicti ſceleris immanitas: Et ideo temptat efficere: ut mathematicam artem non putetis. Ac modo contendit non eſſe fatum: & cuncta caſu fortuitoq; decurrere: modo etiam ut prouidentia regnantur: non poſſe tamen humana ſcientia depræhendi. Dum utrumq; colligo: interim apud grauitatem ueſtram depono ſenſiſſe aliquid patrem: etiam cum metuit. Ego mathematicum probaui dixiſſe uerum: ille credidit eſſe dicturum. Caſu ne tibi pater hæc diuerſitas uidetur in corpus unum diſſentientibuſ ſolidata primordiis: ut ſūmo uertice locatus igneus uigor cuncta grauia calidi ſpiritus ardore ſuſpenderet: profundus humor ad ima demerſus: unde quotidie ſuperpoſiti caloris alimenta traherentur. Terrenum pondus in medio quanto ſuperne ſpiritu: tanta pœnitus immanitate ſubnixum librata mole conſideret: ut ſeculorum infinita ſeries: per aſſiduas temporum uices ſua lege feſtinet. Quid hæc fulgentium ſiderum ueneranda facies? q; quedam uelut infixa ac coherentia perpetua ſemelq; capta ſede collucent. Alia toto ſparſa cœlo uagos curſus certis emetiuntur erroribus. Iſta credis paſſim fortuitoq; diſpoſita? Rogo qd melius ratio feciſſet? Deus hæc: deus fabricator opis uniuerſi ex illa rudi primaq; caligine ꝓtractū poſuit in uultū: digeſſit in partes. Poſtq̄ dederat uniuerſitati parē dignāq;

faciē: ſpiritū deſup quo pariter aĩarent̃ ĩmiſit. Inde ē ꝙ qͤ
qd naſcit̃ cōſociata numinis ꝓpritate ſignat̃: & ĩtotā eui
ſui breuitatē cōpoſitū firmatūq; ſic accipit futura: q̃ſi ui/
tā. Hæc credo pr̃ terrori primis fuiſſe mortalibus: mox ad
mirationē cōſūpta nouitate meruiſſe. Paulatī deĩde hoc:
qđ ſtupemus: aĩmus auſus diligēter attēdere: ĩ archana na
turæ ſacrū miſit ĩgeniū: & ex aſſiduis obſeruatiōibus notiſ
q; redeūtibus latētiū rōe collecta: ꝑuenit ad cauſas. Mira
ris fatū hōinis poſſe prædici. Deffectiōes ſyderū laboreſq;
narrant̃: nūciat̃ origo tēpeſtatū: laſſitudo uētoꝝ. Quid
ſydus ĩmodicos ſolis ardores qđ ſeueras minetur hyemes:
qd ſignificēt ſparſi lōgius crines: qd ardētius ſolito iubar:
qd excuſſa flāmas ſyderibus? Nō ĩuenio qd poſſit eſſe cer
tius uere artis ĩgenio: q̃ dicere qd futuꝝ ſit: fieri deĩde qđ
dixit. Quod ſi eē artē mathematicā ꝓbāt: natura: rō expe
rimēta: pr̃ quoq;: qͥ credidit cōſulēdū: ſupeſt: ut oſtēdamus
uerū dixiſſe de futuris: cū de præteritis nō poſſumus ꝓba
re mētitū. Accipite primā certiſſimæ ſciētie ꝓbatōnē. Hō
qͥ de ꝑtu cōſulebat̃ nō cōfudit turbauitq; reſpōſū: nec ꝑ ua
rias ābages ĩ depræhēſibilē ſpſit errorē. nihil ita locutus ē:
ut illud audiētiū ĩterprætatio traheret dirrigeretq; quo ma
let. At qͥ ĩ eo tota rō fallēdi ē: nō dare cōſulētibus qđ depo
ſcāt: ſed caligĩe magnaq; ꝓmiſſoꝝ uanitate ſuſpēſos ſic di
mittere: ut qcqd caſus attulerit putēt eē predictū. An ſcili
cet hæc fuerit rō fingēda: ꝙ dicebat uſitata: cōmunia: q̃ fu
tura pr̃ facile crederet: libēter audiret? Fortiter inqͭ fatiet
rum me periit qui ſciebat . Nam ut primum peruenit iu/
uenis ad pirratas afferens redemptionis meæ ſe prætium e
ferali nauicula auidus exiliit uicarias oblaturus manus :
ſtrauit ſe ad genua ſingulorum : & ut cupiditas fecerat
blandum obſecrauit omnibus præcibus miſerabili plan/
ctu : & lachrymis pene maternis . Nemo unquam ſic ut
ſolueretur rogauit nec ſane difficile fuit impetrare a pir/
ratis captiuitatem . Maior illi pugna mecum fuit . Non
dignum illud ſpectaculum latronibus erat : cum pater fi/
liuſque de uinculis contenderent : Et ſibi quiſque carce/
rem uendicaret : ego iam uſu deffendebam meum : & in
his annis iam maturam mortem aſſerebam . at ille contra :
ego te in calamitate deſeram ? Ego alligatum relinquam ?
Et quomodo ad matrem redibo quæ miſera deſyderio
tui dies nocteſque fletibus iungit ? Q uæ uiuere ſine te
non poteſt ? Non dicebat tamen omnia & cum aſſidu/
os planctus & inrequietas diceret lachrymas adiicicbat
iam pene ceca eſt : fortaſſe ſi reddieris uidebit . In ſum/
ma non recedo . Fas eſt mihi etiam inuitis parentibus
pie facere . Non recedo . Si perſeueras demus pirratis
lucrum . Aut uicarius ero : aut comes . Q uantum in/
ter hæc fleuit : quam diu cecidit oculos ſuos . Si perſe/
ueraſſem duos excecaueram . Obſtupuerunt pietate tan
ta etiam latrones : & per immobiles ante uultus fletus cuc
currit . Non tenuiſſent fortaſſe iuuenem : niſi redem/
pturos parentes talem filium credidiſſent . Ipſe in ſe trã

ſtulit ferreos nexus & hilarior alligatus eſt filius : quam ſo
lutus eſt pater . Suppremum tamen & nephas in æter-
num me iam cathenatis manibus amplexus : poſt quam
mei cura diſceſſerat matrem inquit tibi per hæc merita
commendo . Tu illam tuere : deffende: ama: ne relinque
ſic paria faciemus . Illic tu eris uicarius meus . Si hoc fe
ceris nõ iraſcetur mihi mater fortaſſe ꝙ ab illa receſſi. Sic
in nauem filii mei male permutatus uector imponor : &
qua uiſum oculi dederunt ad pirratas e puppe proſpecto:
curua littora & immenſum ſyderibus fretum . & turritos
urbium ſcopulos retrolego . Miſerum me quam diu a pir
ratis etiam nauigatur . Mandata tamen tua fili perago :
aſſideo ſuſtento . Imo mehercule tu aſſides fili tu ſuſtines
propter quem mihi etiam huius propenſior cura eſt. Dum
recedere ab uxore nollo filium non redemi . At illum in-
terim quottidie ſitus carceris ſtrangulat: inſidunt oſſibus
cathenæ exemplum ſæculi in mioparone moritur. Mater
iam ſatis eſt : habes pœnas ſuper legem : ſepelliſſent talem
uirum etia ipſi pirrate niſi eos conſcientia ſcelerum metuſ
que pœnarum ab omni littore arceret . Quod unum po
terant ſecundis proiecere uentis . Excipit mitior matre
tempeſtas : & (ſi qua dici poteſt calamitatum fœlicitas)
proſpero curſu cadauer : tãtum ꝙ non ad ipſa maiorum
ſepulchra depoſitum eſt . Narraretur res ſeculo noſtro
diuerſa : & neſcio utra parte mirabilior . Filii corpus ma
tri maria retulerunt : mater mari . Magnam quidem par
tem agnoſco culpæ meæ . Ego uxorem adduxi : & ne mi
ſeram matrem dolore fraudarem : ipſe meis humeris ad-
uerſariam meam uſque ad littora tuli . Et ſane aduerſus
prima uerba orbitatis animo eſtimantem fefellerunt .
Quis autem non dolentis effectum putaſſet : cum di-
ceret deffuncto filio mater . Quid enim nauigaſti ?
Quid maria ingreſſus es ? Quid pirratas petiſti ?

Nam illa quidem uulgatiſſima orbitatis uox eſt . Fili cui
me reliquiſti ? Etiam cum tota ſupra corpus incubuit
amplexam putaui . Etiam cum iniecit tollentibus ma-
num . Et hoc inquam ſolent facere matres : ut funus mo
rentur . At iſta legem recitat & in cadauer filii perorat .
Tace tace miſera : ita tu iſtud optaſti . Sola ſcilicet cala-
mitatibus noſtris adhuc defuit culpa : ut cum ſæuitia quo
que nimiæ fœlicitatis turpis ſit : procedat in auditum an-
tea monſtrum miſera crudelis . Si quid irati dii reliquẽ-
runt : ſi quid infœlicitas oblita eſt ſuis manibus perdere
cupiat . Detracta eſt fortunæ inuidia : quando ſuo quo-
que iudicio mater poſt amiſſum filium parum miſera eſt .
Lachrymas ipſas nouiſſime perdo . Inanis domi libitina
plangitur : deriſus deſignator redit : refertur rogus . In-
ter hæc omnia : non gemitus ullus matris non lachryme
non queſtus . Putes appulſum ad littus aliquem eſſe pir-
ratam ? Vnde hunc illi animum ? Si mala ſua ideo non
ſentit : quia non uidet & hoc boni cecitas habet : eruat a-
liquis oculos meos . Sed tenebre corporis affectibus non
obſtant . Eſt ne hæc uxor mea : eſt ne ille filius noſter ?
Liceat dubitare ſi fieri poteſt : & ſane uix iam dinoſcen-
dam ſpetiem uetuſtas reliquit : ſed attritæ manus & timi-
da ueſtigia uinculorum : & teſtis lõgæ captiuitatis maties
infœlicia argumenta conſentiunt . Miſerum me certus lu
ctus eſt . Filium agnoſco uxorem non agnoſco . Ergo
quoniam de iure longior pugna eſt : & nobis feſtinandum :
ſint prime prætium partes . Adeſte uniuerſi utriuſque ſe-
xus parentes : dum matrem in exequias filii rogo . Per
matrimonium te uetus : & per mutuam caritatem quæ utri
que noſtrum magno conſtat . Adiicio : per cõmune pi-
gnus ꝑ ãnos pariter actos : & beneficio filii plures : ꝑ meũ i
te obſequiũ : iã mei miſerere cuius ſoleſ . Crede mihi hoc qd
patior carere pcius ẽ : captiuitate crudelius . Mea iſta pœ
na ẽ . Quid tibi tãtũ mali feci ? Quid ofẽdi ? certe ego te

non reliqui. Iam ſi totum affectum in hunc conſumpſiſti uiꝝ: & omnis per oculos miſericordia effluxit: tulerit ſane filius noſter merito pœnas: dederit ſpiritum ſupplicio: nihil de præteritis loquamur. Quod poſtulauit Cicero etiam ab illo crudeliſſimo ſyciliæ tyranno: mors ſit extrema malorum. Quod quidem cum permiſſum non eſſet: pernoctabant ante hoſtium carceris præcio redimentes ſepeliendi poteſtatem. Quid tandem hoc Marcus Tullius patres matreſque promeruit? Tu uende ſaltem quod ſub Verre crudelliſſimum fuit. Certe ego filium redimam nec mihi præcium diu quærendum eſt. Habeo manus nihil moueris nunc: & debilitatem tuam iactas. Singulare fœminis exemplum oſtendi: narrariqꝫ deſideras: ſepulturam filii maritus a te impetrare non potuit. Vade hercle ſi libet: & corpus in fluctus repelle. Aut ſi parum celebri loco uidetur abiectum: iniice manum: & ne minus te ſaciet alienum miniſterium: ipſa potiſſimum trahe: alteram manum cadaueri impone: altera duc qua frequentiſſimum rotis iter eſt: & nigra limo uia. Proterat miſerum onuſtum uehiculum & ſanctiſſimum pectus ungulæ rumpant. Ipſa quoniam defeceris oculis eliſum caput: & oppreſſa ponderibus præcordia manibus tuis pertracta. Si quid ex iſtis audeas etiam dentibus lacera: littigamus conſiſtimus in diuerſum abimus. Nempe cum uiceris omnia paria habebimus præter animum. Non ſepellies: uide quæſo uide ne dum litigas: arenā fluctus aggeret: iniiciat humū miſericors populus. Obſtas? ſi cuius clementia tumulum fecerit effode: & cum talis ſis mater: aude indignari: & exclama magis amauit patrem. Cruceſ ſucciduntur percuſſos ſepelliri carnifex non uetat. Ipſi pirrate nihil amplius quam proiiciūt. Mater (quāq̄ ꝓfanari hoc nomē nefas ē) ſi ꝑſeuerat eſſe filii ſui nouerca: ut hac crudelitate uideat digna: quæ orbitatem ſuam non intelligit: ſi ultra hoſtium affectum:

qui cæſos acie ſæpe tumularunt: ultra tyrannos: ultra latrones parum habet non ſepelire: niſi aliorum quoque officia præciderit: & tantum ꝙ non petita ex fluctibus aqua reſtinguit ignem. Si adeo non genuit filium ſed effudit: & ex illo infœlici partu ingratum uteri pondus expoſuit: licet imputet nobis ut uolet quod tueri non poteſt ſingulare mariti deſiderium: dicam tamen quod ſentio: excuſatius odiſſet uirum quam filium. Quamquam in hoc mutuæ caritatis affectu paria fecimus: Illa oculos propter matrimonium neglexit: ego filium. Vicem cecitatis orbitate perſolui. Tamen quo inter hæc quoque mala priuatim doleam neceſſe eſt. Omnem illam quam contraxerat perdit opinionem. Iam inimici mei triumphant: iam paſſim loquuntur: illa exempli mulier: illa ſæculi decus: Virum redimi uoluit: nec filium ſepeliri. Equidem iudices ut ſentio: neminem non mortalium fauere hominis ſepulturæ conuenit: quia hæc una res eſt: Cuius exẽplum ad omnes pertineat. Ideoque non niſi ab ultimo parricidio exigitur pœna trans hominem. Etiam ſi qua ſunt iura: quæ obſtent: ſi tamen anguſtus ſaltem detur acceſſus: per quem intrare humanitas poſſit: uera clementia occaſione contenta eſt: ſiue omnis in defunctis ſenſus perit: & ad operiendam fœditatem ſubtrahendamque dolori materiam mortui uiuentium cauſa ſepeliuntur: ſeu cum ad infernas ſedes anima migrauit: unus hic luce uiduis honoſ ex ſuppremа face (ut uates ferũt) petita ulterioris ripæ ſtatione contingunt: quæ uera eſſe & credo miſer & opto: cito iturus ad filium. Certe rerum natura ut ingenerandis alendiſque hominibus quæ neceſſaria erant ex ſe ipſa perſpexit: Ita cum rurſus opus ſuum reſoluit: corpora noſtra quamprimum reducere ad principia feſtinat: ut deſertis etiam locis circa cadauer tracta imbribus terra concreſcit. Eggerũt puluerẽ uenti & liquefacta multa die mẽbra paulatĩ humus bibit ẽt ſi nullus opit. At ipſa longo tempore in terrã oſſa deſidunt. Nobis uero aduerſus exa-

nimes genuit : non ſolum miſerationem quæ cogitationi noſtræ ſubit ſed etiam religionem . Inde ignotis quoque corporibus tranſeuntium uiatorum collatitia ſepultura : i de iniecta ab alienis humus . Facinus indignum cum hæc ita ſint ſepultus eſſet filius meus : niſi incidiſſet in matrē . Et hæc iudices non ideo ego dico ut affectu iura corrum-pam : neque uobis præcipio : ſed aduerſariæ exprobro . Legem quidem iſtam quid inhorream : cum id unum mi-ſerrimo iuueni ſit obiectum : ꝙ in calamitate non deſerue-rit patrem ? Sed quatenus luctus noſtri in ius uocantur : Et flenti diſputandum eſt : & orbitati ſuæ mater iraſcitur ? Superemus quam exorare non poſſumus . Et quando du orum hominum miſeriora uota uidiſtis : ut de iis pater ſi uicerit filium ſuum efferat : Mater ſi uicerit abiiciat ? Quæ tamen lex eſt ? Qui parentes in calamitate deſerue rit inſepultus abiiciatur . Omnis nobis in hac prius cau-ſa iudices : de ſcripto & intellectu legis contētio eſt . Vtrū uerborum ambiguitate an uoluntatis fide ſtandum ſit . Pars enim aduerſa id nititur : parentem fuiſſe in calamita te eam : quæ deſerta ſit . Cuius rei pœna eſt abiici inſe-pultum . Quid tum fuerit in cauſa : quid ſit poſtea con-ſecutum : quomodo legem intelligere conueniat : ſubter-fugiat dicere : neq; a ueſtigio ſcripti recedit : ſed nuda re-citatione contenta eſt . Nos neq; omnibus perſonis neq; omnibus cæcis ſcriptam eſſe legem : & iuueni iuſtas ac ne-ceſſarias recedendi cauſas & cui ſemper rei ius ſatis plenū eſt bonum animum fuiſſe . Poſtremo uero hoc eſſe deſe-rere contendimus : atque eo cauſam dimittimus : ut non ſit abſoluendus adoleſcens niſi etiam laudandus . Qui autem dubitat an ſcripti uoluntatem ſequi conueniat : Is mihi uidetur queſtionē temptare incertus qua de re . Ideo pauciora adiiciam : ꝙ nobis quoq; (ſi ita pergitis) affe-ret q̄dā cauillationē iſta ſermonis ābiguitas : ac uideri pote rit omnē actionē partis aduerſe pria ſtati recitatiōe ſubuer tere . Nam lex cū dicit q parētes in calamitate deſeruerit :

rurſuſque cum dicit in ſepultus abiiciatur : non utique id ſignificat : ut non liceat eum ſepeliri : poſtq̄ proiectus eſt. Quare aut mihi quoq; permittite ſic agere quomodo uolo : aut quod magis ueſtram religionem decet : indignam ſanctiſſimis auribus uerborum captionem : ex utraq; parte præcidite : & cum filium ſingularis exempli probauero : ſentite fortiter nullam unquam a maioribus noſtris pœnā ſcriptam eſſe pietati. At in eo quod primo præpoſueram non ad hanc rem pertinere legem non diu uerſabor : neq; dubitatione quam non habet afferam moram. Neq; enim puto ſi ætas impediet infantem : ualitudo egrum. R.P. legatum : dux militem : nihilominus aſcripta crudelitas nō accipiet rationem neceſſitatis : & cū ſemel apparuerit patere in eiuſmodi cauſis deffenſionem : potero plane eſſe ſecurus nec timebo : ne teneri uideatur filius meus : ſi non potuit omnibus ſuccurrere : dum in ipſa lege occupatus eſt. Pater alligatus eſt. Mater ceca eſt. unus utriq; filius : magna locorum diſtantia. Habet lex in medio debtiorem. Duc ad utrum mauis : ad utrumq; non potes : niſi hanc cōditionem miſero imponimus : ut quicquid fecerit proiiciendus ſit. Si exierit : mater ſepeliri uetabit : ſi remanſerit : pater. Non dubito fore dubium quin ius in hac lege fuerit & mihi : (niſi forte ut omnia inique iniuſteq; conquiratis) : hic quoq; unius occaſione uerbi aliud putatis iuuare parentes : aliud non deſerere. Idem de hoc dubitare uultis utrum parentibus utriq; ferri opporteat auxilia ut ego æſtimo. An uero non mereatur adiutorium niſi qui præſente filio miſer eſt : nam ſi deſerere in calamitate : nihil aliud putamus eſſe quam a miſero diſcedere : duo ſimul ſcelera permittimus. Primum illud ut etiam qui aderit poſſit impune nihil præſtare. Siquidem abſolutus eſt hac lege : qui ſecundum miſerum ſtetit. Quo quidem modo non adiutores calamitoſis parentibus filios damus : ſed ſpectatores : de hinc accidit illud uel grauius : q; cum rerum neceſſitas nos quottidie diuidat : ſi quædā fortuna

parentes nos depræhenderit quamuis exiguo diuiſus ſpa/
cio impune opem non ferret nõ ſuccurreret: ut hac ſaltem
ſe calumnia defendat. Non reliqui non abſceſſi: neq;
pede quod aiunt uno a parente diſceſſi. Solutus erit om/
ni auxiliandi neceſſitate quando noſtra interpretatione
abſentia impietatis occaſio eſt. Hoc uoluiſſe legum la/
torem putamus: ut natus ex nobis metipſis in rebus ad/
uerſis præſidium parenti labore atque præſtantia ſolue/
ret lucis uſuram. Vbicunque: niſi forte: non ſumus pa/
rentes niſi palam. Quid eſt ergo non deſerere? Opem
ferre non deeſſe. Omnia hæc eo ſpectant ut auxilio libe/
rorum tuti ſint parentes. Quod cum ita ſit: tam de me
lex ita pertinuit quam ad matrem. Duo unum uocaba/
mus: uideamus quo ire debuerit. Poteram quidem for/
titer dicere pater iuſſi. Hoc nomen omni lege maius eſt.
Tribunos deducimus candidatos ferimus: ius nobis ui/
tæ neciſque conceſſum eſt. Si non fecerit quod iubeo nõ
deferam illum ad ſepulturam. Neceſſe habuit parere.
Non deſeruit: ſed abductus eſt. Crede non contemptu
tui uenit in carcerem. ſint ſane iura paria: ſedeatque medi
us inter duos filios iudex. Non comparabo perſonas quã
uis apud omnes gentes plus iuris habeat pater: ſit ſane na
tura communis non imputabo q̄ nomen dedi: q̄ famili/
am: q̄ impenſas: q̄ dum illi acquiro captus ſum. Non
indulgentiæ diſcrimen excutiam: de qua iam lite conceſ/
ſum eſt. Fuerint quidem iſta facienda: ſed ego ius me/
um reprimo Inter duos parentes cæcus affectus ẽ. Exora
bit qui prior rogauerit. Tempore certe uinco: ante mi/
ſer eſſe cæpi. Tu adhuc integra es: ego iam all gatus ſum.
Tu ſana in domo: ego iam pene deffunctus in carcere.
Tibi adhuc non opus eſt filio: ego iam rogo. Nempe ca
lamitas tua nata eſt poſt epiſtolam meam: niſi te conſola/
ri flentem filius uoluiſſet: ante cecitatem tuam exiſſet.
Noli mirari ſi te gratia uinco: ante exoraui filium q̃ tu ro/
gares. Si quiſquam figuratione quadam in hac malorum

cōditiōe Iudicē ponat: fortuna q̄ſo abſit: cuiuſ tāta calamitas fuit. Abſtulerat quidem tibi oculos nimius affectus: & de quinq; rerum ſenſibus pars una ceſſabat & tenebras etiam ſaluis luminibus alternans continua nox duxerat. Maius eſt tamē malum: quod ſic flet. Nam ut merito queri poſſis ablatas uidendi uoluptates: impeditos rerum actus: tamen ſi non iniqui iudices ſumus: nec ambitione miſeri: (ſunt quidem qui miſeriis mederi hiſdem poſſint): reſeram nō ſolum quia uincenda mihi ſed magis etiam quia conſolanda es. Nam quando omne tormentum corporis abeſt: dolorq; membrorum: qui totam cogitationem in ſe rapit: Fœliciter ceſſat: ſupereſt: ut cruciet nimium ocium et aſſidua quies res ſi nō ſint neceſſitate iocunde. Nā uiſus damnum ſarciunt. Reliquæ uoluptates: odor: guſtus: tactus: auditus: quibus tam & ſi deeſſe ſummam fatendum eſt: Non eſt tamen maxime calamitatis loco numeranda parum plena fœlicitas. Domus certe propria: lectuſq; genialis: cōuentus propinquorum ſermo amicoꝝ: ipſa (q̄d raro cōtingit) honeſta calamitas: & in quacunq; fortuna beata libertas: tot uoluptates obruere poſſūt unū dolorem. Nam lucis deſyderium ſi malis meis compares etiam delicatum eſt. Non enim aliquid rerum natura genitura eſt ſpectaculo ueſtro nouum: ac nō q̄cquid ſpecioſiſſimum pulcherrimumq; uiſuri ſumus uidimus. Nēpe cottidie nox oritur: & æquam temporum portionem inuoluit obſcuritas: & ex p̄te ſui: ipſa quodāmō cæca natura ē. Cui alienis oculis uti licet audire īpetrare: cuius miniſteriis officia non deſunt (non enim defuerunt) niſi ſe erigit & fortunæ ſuæ rationem reddit: & præſertim in tam bona cæcitatis conſcientia animi uitio miſer eſt. Non debet dolere quippiam qui poteſt gloriari: quamq̄ cuiuſlibet & quacunque cauſa: hunc incurſum paſſæ: leuius eſt tamen malum fœminæ. Non enim nauigatis: non legationem obitis non frequenti peregrinatione uariatis aſpectus non militaris uos non forenſis ratio deducit. Alioquin ſemper

eſtis intra domum: uno plurimum loco leuibus officiis affi xæ. Tuum quidem affectũ ſi bene noui: nulla magis cau/ ſa cæcitatem doluiſti: q̃ q̄ redimẽdum maritum ire nõ poſ ſes. Hæc tua calamitas erat: æſtimemus meam: nulli qdẽ grauior uiſa eſt q̃ tibi. Audi tamen q̃ multa in illis epiſto lis non ſcripſerim. O fili in quibus te malis reliqui. Iam illa principalis ac maxima deum dono conceſſa libertas: nec hominum ſolum ſed ferarum uolucrumq; ſenſibus fixa & ingenita primum ſpolium fuit. Me ipſe perdidi. Te neor uenale mancipium: & ciuis romanus merces fio: & li bertatẽ ſenex dediſco: & natus ingenuus uenire opto. Mi nimum eſt habitamus in fluctibus hyberni nos feriunt uen ti: non ſtatio non ſedes non quies: ſed quod malorũ meo/ rum maxima portio eſt: tam miſeri ſũt etiam domini mei: cito prætereunda eſt memoria. Propter me uxori grauius: mihi propter filium. Tranſeo hirſutos hoſtium uultus: & immanium barbarorum fremitus feros: tantũq; mihi quot tidie eſſe metuendum: quantum pati captus audere pirra/ ta potuiſſet. Nihil eſt deſiderio ſuorum grauius. Timui: ne quem ex meis uiderem. Nihil tempeſtate minatius: quottidie naufragiũ optaui: nã mortẽ cõfitebor ſenili iner tia una cauſa minus cupiebã: ne defũctũ nemo ſepeliret. Quã ueſtẽ relictã captiuo putas: niſi quæ prædæ nõ erat? quales epulas ciboſq; præbẽt: q ipſi rapto uiuũt? Nã illa q dẽ ſatis digna qs dixerit: udũ carcerẽ & iundatã ſẽtina na uiculam: & impoſitum nuda trabe inrequietum latus: re/ uinctas poſt tergum manus: alligatos tamquam eſſet qua fugeremus pedes? Solæ in carcere tenebræ iuuabant. Sæ pe de auribus quæſtus ſum: quæ ſonum flagellorum: gemi tumq; ceſorum: Quamuis implexis obrutæ comis accipe rent dura metus ſui exempla. Miſerum me fili nempe mor bo periſti. Compara terram mari: domum naui: lectulum carceri: libertatẽ ſeruituti: deſiderium oculorũ totius cor/ poris dãpno. Quo nos longius ducit calamitatum no/ ſtrarum miſera cõtẽtio? Cæci etiã litigare poſſunt: captiui

nec uiuere. Verũ hoc etiã ſi in equo ponerentur: multum tamen in alterã partẽ debuiſſet habere momẽti: quod plus mihi poterant prodeſſe q̃ tibi. Et labori opportet incũ/bere: ubi effectus ꝓmittitur. Stulta cura eſt: quæ ſpem nõ habet. Ego redimi poterã: tu ſanari non poteras. Qualiſ/cunq; iſta calamitas inemendabilis cæcitas nõ remediũ ac cipere non uicarium poteſt. Aſſediſſet ſcilicet lectulo in/efficax ſedulitas: & acceptis epiſtolis meis iuuenis filius: ni hil aliud q̃ cũ matre fleuiſſet. Quia profectus eſt: alterius tamen parentis calamitas emendata eſt. Si remanſiſſet & matrem cæcam haberet: & patrem captiuũ. Adiicio ꝙ ti/bi non neceſſaria filii præſentia fuit. Aſſidere enim: cibos miniſtrare: manum porrigere quilibet poterat. Mentior niſi factum eſt. me ab illis captum Tam dura conditione uenalem: quod utiq; ĩ confeſſione eſt: nemo alius redemiſ/ſet q̃ filius meus. Et ego ſic ago tanquã hæc tantum filius propter me fecerit: quãquam ĩ hoc littigatu quodãmodo tibi excidiſti. Et quãquam id agas ut merita tua ĩiuria uin cas: nouum induiſti rigorem: nõ ꝓhibeo tamen teſtimoni um ad redemptionẽ meam filium ipſa miſiſti: cum ſic plã/geres cum mortem præcareris cum te omni uiduatam uo/luptate clamares: cum ſæpius gemeres captiuitatem meã q̃ cæcitatem tuam. Non erat illi ferreum pectus: nec cor ſilice concretum: ut hæc pati poſſet æquo animo. Tu fili um prima docuiſti ſibi non parcere potius: q̃ plus flere: po tiuſq̃ ipſam reſcindere cæcitatem. Profectus eſt maritum tibi reddidit. O crimen graue. Si hoc ante feciſſet ui/deres. At retinere nõ potuiſti: non dicã tibi habet pietas impetum ſuum: nec ullum dominum nouit affectus: nec il le te potuit retinere ne fleres. Audi quod eſt uerius. Ali/ud putauit. Non erat credibile obſtare te redemptioni meæ interpretatus eſt maternum metũ: & maris domui no ſtræ male experti periculum credidit timẽs ne ſi tibi nõ pa ruiſſet nemo non uos putaſſet colludere. Cæterum me po terat non redimere cum tu clamares cæca ſum: oculos de

ſiderio uiri perdidi: ſolitudinē ferre non poſſū? Ita ille ad redemptionē meā īexcuſatius ꝓfectus eēt: ſi me minus deſi deraſſes. Dubitabitur an tua cauſa fecerit: & filium & ui rum haberē nō poteras: reddidit tibi quem magis amabas. Siſte iam lachrymas maritum reducē incolumem accipe. Q uid iraſceris? Q uæ tanta mutatio ē? qs hoc crederet? Q uereris diſceſſiſſe quē odiſti: cū eū nolis rediſſe quē dili gis. At qui ſi(ut ſupra probauimus)is parentes in calami/ tate deſerit q opē nō fert &(ut nūc oſtēdemus)optimus fi lius corpore ſuo adiutoria matri redemit: profecto opem tulit ideſt nō deſeruit. Nam ſi ut ante dixi ne ueſtigio qdē abiſſe a miſeris licet: ne ipſorū qdem cā q adiuuant diſce/ dere fas erit: nec cibos ſaltē petere aut alia uſibus neceſſa/ ria parare cōtinget. Si uero dum adiuuatur parēs nihil ref fert ubi ſit ille q adiuuat: quia præſens cura exhibet: qcqd tibi ego præſtiti ad auctorē muneris ideſt ad redēptorē me um tranſferendū eſt. Non aſſedi: nō conſolatus ſū non mi niſtraui non tuli: non deniq; totus tibi rediui. Verū fatēdū eſt ſi deſertam te putas mea culpa eſt. Sed iam tempus eſt iſta quæ nō excuſata debent uideri: uerū pulchra atq; ma/ gnifica animo maiore defendere: & cū iudiciū agatur exē pli: tandem cauſam ſuam intelligere. Hoc ſaltem habe/ bis miſerrime fili: quod honoratis contingere funeribus ſolet. Defunctus laudaberis. Omnia licet huc reuoce/ mus præterita: & ad canendas unius laudes uniuerſorum uatum: ſcriptorumq; ora conſentiant: uincet tamen res iſta mille linguas: Ipſamque ſi ſit aliquo corpore uno fa/ cundiam materia ſuperabit: etiam ſi nihil dixero: niſi ꝙ obiectum eſt. Lucem libertatemque patri filius reddidit: &(quod ante inauditum eſt)magis me amauit quam uel/ lem. Ingreſſus eſt maria in quibus iam minimum pericu/ li tempeſtas habet: & quod iter iſta difficillimum eſt amo re mei uicit etiam matrem ſuam. Tace nepharia lingua: ergo tu iſta laudas? Optulit ſe captiuitati: quia ſciebat graue eſſe alligari. malis patris ſucceſſit ſubit libens pœnā

pietas: etiam ſceleribus grauem: Tu melius uxor: quæ fa
ctură retinebas. Comparate nūc ſi quis patrem per hoſtes
ſolus tulit q cū uenientia in patrē tella excepiſſet: ſimplici
tamen morte defunctus eſt. Vunum legimus: q uicarias ꝑ
patre nō quidē pirratis aut mari manus obtulerit: ſed ubi
redimi poſſet. Me miſerū dicendum eſt ꝙ hoc ipſo admo
ueor exēplo: in honorē pietatis etiā dānati ſæpelliūt. Hoc
alii laudant ego quæror. Te quidē iuuenis omna ſæcula lo
quentur & admirabile exēplum tenaci memoriæ traditū ī
ipſa aſtra ſublimen pēnata uirtus feret. Sed mihi iſta laus
tua caro cōſtat. Non erat ſatius lectulo matris incūbere:
& in huius miniſteris debitū ſecura ocia impēdere? Soli
tibi cōtingerat ut poſſes patrē excuſare: nō redimere. Me
interim ut ceperat tabes lenta cōſūmeret. Me queꝗ ut de
bebat ſola ſenē mors redemiſſet: & cū exanime corpus ī flu
ctus eſſet abiectum: ſi contingiſſet ſimilis tēpeſtas: quod
equius erat: tu me fili ſepelliſſes. Fefellit te ingenitus hone
ſtis animis gloriæ amor: ſpē tibi ꝑpetuæ laudis impoſuit.
Vbi uirtus? Vbi pietas? periſti miſer & male audis. Non
morienti pater aſſedi: non ægri caput molliori ſede cōpo/
ſui: non fattigatū latus mutaui: non ſpiritum excepi. Ab
ſens: extinctus: euerſus: mortē tuam inueni. Nemo egro
uincula laxauit: nemo manus ferro ſordidas ad accipien/
dos remiſit cibos. Tantū cathenarum cauſa ſolutus ē ne/
glectus deſpectus. Quid ni uilis ſenis uicarius Inter tot
ardentiſſima febrium deſideria: nō habuiſti quē poſceres?
Quomodo te uincula cōpoſuerāt iacuiſti: matrem: patrē
propinquos tantū cogitaſti. Nunquid indulgeo mihi: ꝙ
te puto inſpiraſſe in carcere meo? Nondū matri ſatiſfac
tum eſt. Quoniā pœnas a cadaueribus exigis: Audi ſe/
quētia tempora: mors ipſa filii tui naufragiū fecit: per tot
fluctus uolutatum corpus intumuit: tot illiſū ſcopulis: tā
ſpacioſis tractum harenis: nuſquā tamen infœlicius q̄ cum
uenit in terram. O quam graue eſt mori: quāto grauius:
ꝙ ego uiuo ſuperſtes filii mei: uiuo omnibus diis homini/

buſq;: ſed ante omnes mihi: & inuiſus & infeſtus: & uxoris quoq; pietatem perdidi. In funere filii diuortium fecit. Vi deo hæc rerum naturæ bona quæ filio abſtuliſti. Omnis me ætas mei admonet luctus ſenectus: ad quam non perue nit miſera pueritia: quam nunc tranſiuit adoleſcentia in qua perit. Superſum ut ſi fœliciſſime ceſſerit rogum me um uideam: & edaces circa corpus filii mei flămas. Si hoc non contigerit nigrum cadauer & deforme etiam ignotis ſpectaculum. Inter hæc mala credetis puto ſi dixero: uel/ lem oculos non habere. Quid nunc amplius? Ad te uxor præces conuertam irritas male temptatas: tu uero perge: & bono tuo utere: fœlicem te ꝙ ĩ hac fortuna iraſceris. Ad hoc confugiendum eſt: per communes caſus: Per calami tatem meam: humanæ calamitatis exemplar: ita uos cõiu ges ueſtræ ſic ament non ſic deſiderent. Ita hoc orbitatis meæ ultimum exemplum ſit. Ita uobis habere tam pios fi lios: non neceſſe ſit: miſeremini. Si uicarium accipitis: me proiicite. Non inuidioſe præces ſunt: nihilominus ĩ/ pero. Non læta ſententiam ueſtram ſequetur gratulatio: non ad templa deducar: ſed ad ſepulchra. Etiam cum ui cero flendum eſt. Si uero uincimur: ibo in litus miſer. Plã ctibus aues abigam: aut me corpori filii mei uelut tumulũ imponam. Iacebimus duo inſepulta cadauera. Me fe/ ris obiiciam: aut circa ſingulorum domus ad genua præ/ tereuntium ibo: & recepto iam miſeri more ſupplex non ci bos petam: non ſtipem mendicabo: terram & collatas mi ſerantium manu glebas aut (quod certe licet) filium in ma re proiiciam. Iam crudeles aquæ & uenti male ſecũdi red do uobis ueſtrum beneficium. Ferte quo libet licet ad bar baros: licet ad hoſtes: licet ad pirratas. Fortaſſe aliquis iubebit ſepelliri: certe (quod ſcio) nemo prohibebit.

## Argumentum.

l Iberum hominem torqueri ne liceat. Pauper & diues inimici. Pauperi erat filius. Nocte quadã paup cũ filio reuertebat᷑. Interfectus eſt adoleſcens. Offert ſe paup in tormenta: dicens a diuite eum interemptum. Diues contradicit ex lege.

Pro paupere contra diuitem.

f Entio iudices plurimũ detrahi calamitatibus meis miſerationis: ꝙ ad uos detuliſſe uideor nimiũ fortẽ dolorẽ: & triſtiſſime orbitatis inde quoqꝫ acceſiſſe nouitatẽ: qͩ cum aduerſus me tã grauia & crudelia depoſcã: patior inuidiã hoĩs exigentis aliena tormẽta. Nõ poſſũ tamen uel ĩ uobis approbare qd patiar: qͩ mihi nõ ẽ relicta miſeri patris infirmitas. Percuſſorẽ filii mei uidi & miſerior ſum: q̃ ſi neſcirem qs occidiſſet. Fateor igit᷑ iudices ipſe miror: unde ad hoc probationis genus repẽte cõfugerim. Venerã tanq̃ nũciaturuſ indubia manifeſta: nec aliũ expectauerã publicaꝶ ſuſpitionũ de filii mei morte conſenſũ: q̃ ſi pcuſſorẽ uidiſſetis omnes. Hic hic ut torquerer inueni. Poſtq̃ ſatis nõ uidebant᷑ explicare uerba: qͩ uiderã: confugi ad fidem doloris. Q uid faciã: ſi temeritates quoqꝫ noſtras cõſcientia reoꝶ non põt pati? Intellexi miſeratione factũ: q ut torquerer exegerã: ex quo me diues nõ putat aliud in queſtiõe dictuꝶ. Neqꝫ ego iudices quẽq̃ ueſtrũ dubitare crediderĩ: ex q̃ cõſciẽtia qua trepidatiõe deſcẽdat: ut qs torq̃ri nollit inimicũ. quos nũc putatis cruciatus diuitẽ pati: quẽ dolorẽ: qͩ hoc mihi negat? q̃ uellet ideo tantũ filiũ meũ nõ occidiſſe: ut mihi poſſet indulgere tormẽta. At hoc creditis iudices diuitẽ facere legũ libertatiſqꝫ reſpectu: & reum pro exemplo eſſe ſollicitũ? Ille uero nunc laceratur: & ſic magis noſtro dolore fruitur. Operepræciũ eſt inimico negare tormẽta: cum feceris ut uelit ipſe torqueri. Illud igit᷑ a uo

bis iudices infœliciſſimus omniũ mortaliũ peto : ne cum ĩ audita : icredibilia paſſus ſim : miſereri uelitis corporis mei crudelius : & indignus eſt : q̃ torqueri nõ impetrare tormen ta . Eſt aduerſorũ meorũ & iſta nouitas : ꝙ neceſſe habe/ tis ea mihi ratione ſuccurrere qua odiſſetis alium . Nec qc quã eſt homine infœlicius : ꝓ quo tormenta ſunt . Percuſſo rem a me filii mei uiſũ eſſe cõtendo . Facinus eſt hoc uos non depræhendere : ſi mendatũ eſt . Facinus ẽ hoc me nõ ꝓbare . Si uerũ eſt . Q uod ad me qdem iudices ꝑtinet : or bitatis meæ repeto præſentiã : & noctẽ illã rurſus ante ocu los meos cogitationes reponũt . Iam mihi uideor & in tor mẽtis eſſe confeſſus . Filiũ iudices habui ſicut erecti ac ſub limis animi : ita q nondũ ſuos haberet inimicos : & quẽ ne/ mo adhuc niſi cauſa tantũ mei doloris occideret . O parẽ tũ miſera cõditio : q̃ nouis inuſitatiſq; patemus inſidiis ? Nos exaſperamus : nos offendimus : inimici tamen liberos noſtros oderunt . Q uis unq̃ hoc iudices ſimultatũ timuiſ ſet ingeniũ : ut eodẽ qs excogitaret animo & quod ꝑcit & quod occidit ? Reliqua iudices nõ debebã niſi in queſtiõe narrare . Fœlices illos in mei cõparatione patres q periiſſe liberos ſuos nuntiis credũt . Ego ſum inaudita maloꝝ no/ uitate ꝑcuſſus : cuius unicus ideo tantũ occiſus ẽ : ut uide/ rem . Reuertebamur nocte pariter ſicut oĩa nos uitæ mini ſteria iungebãt : & homines qbus nõ ſeruos præſtabat for tuna cuſtodes tuebamur pauperem mutua pietate comita tum : inuicem ſuſtinentes : inuicem ĩnixi : nec niſi ma / gna percuſſoris diligentia ſeperandi : cum diues medio no ctis horrore ſtricto mucrone proſiliit : & ſtupentibus atto nitiſq; miſeris cõfodit illũ fortiorẽ : illũ q fortaſſis aliqd in mea morte feciſſet . Cõfiteor iudices nihil tũc oculoꝝ me/ orũ diligẽtia : nihil egit cura miſeri patriſ . Percuſſor uoluit agnoſci . Vos nũc ciues : uos oẽs hũani generis affectus : mi ſerrimus ĩterrogo pr̃ . Suadete qd faciã . Hũc quẽ uidetis circa me ſanguinẽ : de filii mei uulneribus accepi . His ma nibus labentis unici membra ſuſtinui . In oculis adhuc

uultus illius morie͂tis herent: auribuſ uerba ſuper cadauer habita exultantis inimici. Fidem tormentorum. Quouſq; percuſſoris filii mei conſcius ero? Apite pectus iſtud & totum de uiſceribus meis latronis egerite ſecretũ. Vidi & mihi nõ creditur. Vidi: ita poſſim: & in tormentis idem dicere. Aut ſi compono: ſi fingo urar: lacerer: non probẽ. Si uidet̃ torquendus ſum iudices: ut hæc deſinam dicere? Nec me iudices fallit quantam molem accuſationis: etiam in manifeſta ueritate ſuſceperim. Diuitẽ detuli reum paup inimicus: occiſi pater: & poſtulo: ut mihi credatur teſtimonium in mea orbitate dicenti. Itaq; nõ deprecor quo minus mihi uelitis iraſci: donec probem: torquete tanq̃ mentientẽ. Lex inquit liberꝝ hominẽ torqueri uetat. Per fidẽ iudices: qs nõ hoc reũ reſpõdere credat: cuius tormẽta poſcantur? Nemini iudices credo dubiũ: legẽ: quæ torqueri liberũ homnẽ uetat hoc proſpexiſſe tantũ: ne quis torqueretur inuitus: & iura quæ nos a ſeruiliũ corpoꝝ conditiõe ſecernunt: impatie͂tiæ tantũ ſuccurriſſe nollentiũ. Omniũ beneficioꝝ iſta natura ẽ: ut nõ ſit neceſſitas: ſed poteſtas. Quicqd in honorẽ alicuius inuentũ eſt: deſinet priuilegium uocari poſſe: ſi cogas. Cũcta ſi uidet̃ iura percurrite: nuſq̃ adeo ꝓ nobis ſollicita lex ẽ: ut qd̃ præſtat extorqueat. Dedit cæco talionis actionẽ nõ manus: recuſantis impellit: iniuriã cædis agere ꝑmiſit: ſed non cogit inuitos? Adeo pene leuius ẽ ultionẽ perire q̃ poteſtatẽ. Genus ſeruitutis ẽ coacta libertas: & eadẽ iniqtas qcqd de inuito hoĩe facias. Vis ſcire qd lex illa ꝓſpexerit? Nõ exigo ut torquearis. q̃ multa dii deæq; nõ minus ſũt iuſta: q̃ lex exigit quarũdã inuidia reꝝ: ut uinci ſe magnitudo patiat̃: & qcqd accidiſſe mireris: tãtũdẽ poſcit ĩ ulctiõe nouitatis. Filius ĩ cõſpectu patris occiſus ẽ. torquete ſecuri: nihil iniqus fieri põt. Ignoſcãt ꝑſuaſiões: ſi facinus iſtud omnium illicitaꝝ rerum conſumpſit inuidiam: & unde tormentis ſalua iuſtitia eſt: Plus eſt de quo queritur q̃ quomodo querendũ eſt. Nullum debet inimicum uideri genus probationis

eſſe quod ſolum ē. Et quicquid potuit prodeſſe ſeueritati nunquam nocuit exemplo. Sufficit libertatis reuerentiæ: ꝙ torquetis inuiti: ꝙ contra me non alius inuenit. Liberum torqueri non licet. Hoc eſt iudices propter quod filium meum diues coram me non timuit occidere. Filiū igitur meum in conſpectu meo occiſum eſſe cōtendo. Quid dicitis? Ita non erat contra proclamationis huius fidem: ſi nūc agere poſſem quietum modeſtumq; miſerum? Vultis cum hoc uiderim tantum teſtimoniū dicam. Mirū hercle: ſi ſcindo ueſtes: nudo corpus: ignes: flagella depoſco. Inſaniat neceſſe eſt pater: cum ſolus hoc ſciat. Fallitur iudices: quiſquis hoc quod poſtulo contemptum: quiſquis audatiam uocat. Filius urit exagitat: & inter tormenta fugio dolorem. Si mentientis eſt uelle torqueri: Inuenite quid facere debeat: qui uerum dicit & non probat. Mentiris inquit. Bene quod & tu fateris nō eſſe: mihi ſine quæſtione credendum. Et qua ſpe fidem mēdacio meo cauſas diues aſſignas? Ignoro percuſſorem. Deinde te potiſſimum de quo quererer elegi. An ſcio & ſimultatibus noſtris occaſionem orbitatis indulgeo? Decipi me nō potuiſſe manifeſtum eſt. Filius meus cum pariter rediremus occiſus eſt. An dignoſcere percuſſorem nocte non potui: cum percuſſor potuit elligere fugere? Quid ais? Iuuenē meum alius occidit: & tu mihi ſolatium ulctionis imples? Te accuſo. ſ.: ut iteri neſcio qſ ille fugiat euadat. quod tu mihi genus furoris aſſignas: ut maximi ſceleris ulctio ꝑeat falſe accuſatiōis icerto. hō q me uidiſſe cōtendo: cū occideriſ filiū meū: niſi de te uindicor: nō reliq mihi ut de aliis hoc ꝓbarē. O te extra oēs humanoꝝ pectoꝝ affectus inimice ſepoſitū. Nūc quoq; me putas poſſe mētiri. Perdidi īfœlix illū cariorē paupibus affectū. Succurrere mihi putas ꝙ aliquando diſſedimus? Falleris deciperis. Hominis cuius occiſus eſt filius: unus inimicus eſt. Sane poſſit aliquis hanc doloris diſſimulationē mēdatio perficere uerborum. Torqueri uolo. Nihil ē tāti niſi uerū: uidelicet iter

ignes ac flagella ſufficit mihi ſi dixero: hic eſt inimicus animæ: qui nobis ſubinde maledixit: hic ille contumelioſus ille impotens. Ego neſcio an mihi poſſit in quæſtione ſufficere quod uidi & q inimicus me contendit ideo uelle torqueri. Tormenta poſtulo. En ad quod confugiat homo qui ſe ſciat poſſe mentiri. Nulla eſt ratio quæſtionum relicta mortalibus: ſi adiuuant contra ueritatem: & ſublata eſt de rebus humanis neceſſitatis huius utilitas: ſi iam ultro tuetur: explicatq; fingentibus. Hucuſq; durant artis ingenia mortalium. Et licet ſit aliquis ſecreti firmitate compoſitus: hominem tamen ultra non ſequitur animus. Non uacat aſſerere quæ finxeris: tunc cũ uix prodeſt & uerum fateri. Et nemo non contra id torquetur: quod dixit ante tormenta. Non reffert: cuius ad æculeum nominis perſuaſionem: quas ſilentii afferas cauſas. In quæſtionibus tantum corpora ſumus: & nemo nõ contra aliquẽ torquetur affectum. Exigam quæſtionem an recuſem? Quid intereſt tormentorum breui futurus ſimilis homini: qui fateatur inuitus? Nouum iudices inauditumque rebus humanis aperitur exemplum. Nemo unq̃ ideo torqueri non debuit: quia mentiretur. Sed & ſi fas eſt iudices dubitare de fide quæſtionum: alius debet eſſe ſuſpectus. Ille ſcilicet in quo ſeruilium pectorum receſſus: in quo uerniles excutiuntur artus. Quotiens tortori eſt rixa cum membris: tum cruciatus agnoſcit aſſiduis ſuppliciis durata patientia: & homini non eſt noua res dolor: corpus applicitur quod ſciſſa lacerataq; ueſte primum ferre non poteſt pudorem: quod neſcit ad flagellorum uices membra componere: nec ullo uerbera frangit occurſu. Nos inq̃ ſumus quos leges ſuperuacuum putauere torqueri. Vnde nobis inter iſta ſecretum: in tormentis libero homini opus eſt patientia: ut uerum dicat. Sed inquit ideo torqueri non debes: quia exigis ut torquearis. Aliud ſunt inimice tormenta: aliud uere torqueri. Fœlices illos qui recuſare uoluerunt. Meret́ clementiam & fauorẽ

quiſquis ad illa tremens exanimiſq; pducitur : quem uix a genibus tortor abducit: cui iam ſciſſas quoq; difficile poſ/ ſes erripere ueſtes. Ego quemadmodum uultis depræcer : qui uideor prouocaſſe tortorem? Ille ille ſine ulla miſera/ tione laceratur: cui ad ſingulos ictus dicitur: ipſe uoluiſti: quem non decet rogare: qui creditur fingere proclamatio nes: ſimulare gemitus: de quo primũ uidentur uindican/ da tormenta. Non iuenio Iudices quid ſperare poſſit qui mentitur & exigit queſtionem. Homini qui uult torqueri diu non creditur: nec uerum dicenti. Nec eſt iudices ꝙ pu tetis adeo mihi triſtiſſimã orbitatẽ omnes humanoꝝ pec/ toꝝ rapuiſſe ſenſus: ut nõ intelligã petere me ꝙ diues poſ/ ſit euadere: & pene magis ꝑ percuſſore torqueri. Sed qd me facere uultis? Non debeo poſſe mentiri homo: qui cũ filius meus occideretur interfui. Veritati tantũ præſto pa tientiam. Exigo queſtionem: in qua quid dicturus ſim ne ſcio: quid deberem dicere uidi. Scio uultis poſt hoc argu/ mentis ſuſpitionibus agam. Breuiora tormenta ſunt. Nõ iuenio iudices cur renuat tãtopere diues queſtionẽ; poſtq̃ ſuperſunt adhuc incerta & dubia. Facinus eſt tamẽ me nõ torqueri: ſi mihi torto utiq; credendum eſt. Q uouſq; me crudeliſſime mortalium metus ſimulatione deludis? Ego magis qui poſtulo tormẽta timeo: ego qui nihil facere po/ tui cum uiderem. Suſpecta tibi eſt noſtra patiẽtia. Vides .n. hortatur nos contra dolorem primæ robur ætatis ſoli/ dum plenumq; corpus. q̃ facilis q̃ expedita res eſt torque/ ri miſerum. Affero ad queſtionem iam plãctibus mẽbra li uentia: q̃tum animæ: q̃tum ſãguinis orbitas traxit. Q uã/ to imbeciliora ſunt hæc quottidianis lamẽtationibus euer berata uitalia? Q uicq̃ ergo fingere poteſt hic pallor: hæc maties: & iã torto ſimilis ĩfirmitas? Adiice ꝙ nihil minus ĩ queſtiõe diu poſſis dicere ſi mẽtiaris: q̃ ꝙ oculis ſcias: & breuiſſimũ cõfeſſiõis ẽ genus dixiſſe ꝙ uideris. Fœlices di ues quos tortor ĩterrogat q nõ habẽt ĩ ſua poteſtate credẽ/ tis. Impatiẽtiſſia res eſt poſſe cũ uelis deſinere torqueri.

h

Q ui potius inquit probas fidutiā hominis : qui ſciat hoc
me uidiſſe ſolum . Sine dubio diues multa te poterant ar/
gumenta conuincere : ſi differret alius : & eras manifeſtiſſi
mus reus : ſi mihi percuſſor quærendus eſſet . Q uis enim
credibilior in cæde pauperis q̃ diues inimicus? aut de quo
facilius conſtare poſſet ſcelere : quod non habet niſi de ſo/
la ulctione? non inuenit multa uerba uidiſſe : nec mihi de/
bet perire probatio iſta : quia poteras & accuſari . Exigit ꝓ
batiões cū facinus ſic diſpoſuerit : ne poſſit probari . Q uē
mihi nox teſtem : quos præſtare potuit oculos nuda ſēper ī
comitata paupertas? Tibi ſeruus a cōſciētia ſceleris ſūmo
uendus fuit : & iſta ratione quis intereſſet : quē putares poſ
ſe torqueri? Et totū facinus in has anguſtias redegiſti : ut il
lud ſoli ſcirent qui faciebāt : & cui non crederetur . Nū qd
non dubitaretis quærere ſi alius ſciret hoc ſcelus? Facinus
eſt ideo filii mei perire uindictam : quia pater uidi . Ego ue
ro iudices & ex hoc ꝙ recuſat diues queſtionem : partem ꝓ
bationis impleui . Accuſatoris tormenta nūq̃ timebit reus
niſi de quo credi poteſt & ante tormenta . Cur inquit ſi mi
hi cauſæ ſceleris ſimultates noſtræ erant : non te potius oc
cidiſſem? Vere crudelis . ego te hoc maxime argumento ꝑ/
cuſſorem probo : ꝙ mihi pepercisti . Tuum fuit hoc inimi/
ce comentum : occiſo filio ſeruare patrem . Parcēdi tamen
mihi uel hæc fuit ratio : ꝙ defendi nō poteras : ſi duo periſ
ſemus . Audire modo hercle mihi uideor illas cogitationes
illa ſcelerum ſecreta conſilia . Q uid mihi cum uulneribus
quid cum cruore conſumptæ & iā pene abeuntis animæ?
Occidatur potius ille iam iuuenis iam inimicus . de ſene ui
dicabitis me patris oculi . Vis mirer ꝙ me nolueris occide
re? queri me hercle te puto : ꝙ ī ſenectute magni doloris ui
ta breuis eſt . Pepercisti mihi : quomodo excogitāt artes de
tinere ſupplitia : & de pereuntibus magis ſæuitia eruit̃ do
lore ſuſpenſo . Agnoſco noctis illius inimice clementiam :
ꝙ me torqueri nō uis : ex hoc euenit : ꝙ neqꝫ occidiſti . Tēp
tat iudices efficere diues : ut īcredibile uideat̃ : ꝙ occiſum

ab eo contendo filium. Dicturum nunc putatis magis in/
tereſſe crudelitatis: ut quis facinus ſibi tantũmodo credat
& id tutius eſſe inimico: q̄ patre conſcio. Plus eſt quod af
firmo. filium in conſpectu patris occidere: ſic opercpreti
um eſt ſi illud ipſe fatias. Perdit plurimã de ſceleribus uo/
luptatem qui mandat: & minus gratiæ rebus ex nuntio ue
nit. Occidet alius te iubente: ſed uulneribus illis non fru/
entur oculi: ſed plus eſt ut ſingultibus abeuntis aiæ & cru/
ore ſatieris: ut colapſum palpitantemq; uideas: ut me uidẽ
te. Conuenit iudices ꝙ ipſe diues hoc fecit: & ꝙ ego uidi.
Ratio ſæuitiæ eſt ut aliquis corã me occidatur: ꝓpter quẽ
occiditur. Fidem ueſtram iudices ne me ideo nõ putetis ui
diſſe quia nihil feci. Seruuloꝝ iſte libertorũq; dolor eſt oc
ciſo homine ſtatim ſcire quid fatias: exclamare: ꝓcurrere
fidem deorum hominumq; teſtari: poſtea cũ lacrimis ueni
re. Vultis percuſſorem inuadam? Vultis fugientẽ ſequar?
Interim deffitientem quis excipiet? cui ſe morientis impo/
net infirmitas? Scis profecto percuſſor facinus ordinare:
diſponere. filium occidere coram patre ſecretum eſt. Mi/
ſeremini iudices. Igitur ut hinc quoq; uelitis æſtimare diui
tis conſcientiam: ꝙ contentus eſt ne de ſcelere quæratur:
non habet fidutiam hominis: qui me ſciat mẽtiri. Et quod
minus debetis attendere: q̄ ſi fateretur: non putat ſibi ſal/
uum: ut iterum neget. Diſſimules licet: non eſt ĩnocentiæ
metus cum timentur aliena tormẽta. Quid ait diues? Or
bitatem meam in tale genus uſumq; cõuertet: ſi paterni do
loris auctoritas facinus impingit alienum. Deinde non ip
ſe affers æculeos: non ipſe diſponis ignes. Diceres me her
cle te uelle torqueri: ego ſcido ueſtes: tu ĩtremiſcis: ego ad
flagella nudo corpus: te facit palor exanimẽ: ego æculeos
ego poſco flãmas: tu non habes in meo dolore patientiã.
Rogo quid aliud faceret q occidiſſet? qd nunc agã miſer?
grãm cõfeſſionis ante tormenta cõſũpſi. Scio q̄to credibi
lius fuiſſet: ſi hoc ſtatĩ inter ignes: inter flagella dixiſſẽ: &
multũ de auctoritate primæ ꝓclamatiõis ãmiſi. nõ ẽ tamẽ

ꝙ ſuperuacua putetis eſſe torm̄eta: quãq̃ dixerĩ q̄cq̃d ſci/
ebam. Habeo adhuc ex illo multa refferre ſecreto: quæ ar
gumenta fatiet dolor. Non reffert an me uidiſſe dixe/
rĩ: torm̄etis hoc probaturus ſũ debuiſſe mihi credi ãte tor
m̄eta. O q̃topere nunc inimice torqueris: ꝙ te corã iudici
bus interrogo: ꝙ hoc nõ poteſt mihi fateri. Sed ſi bene ga
udii tui pſpitio ſecretum: non putas te negare qa uidi. Ar
rogantiſſime pcuſſorũ euaſiſſe te putabas: ꝙ illud duo tã/
tũ ſciebamus? Meis meis hoc ignibus nega: & dum me p ſĩ
gulos artus tortor interrogat: perfer ſaltẽ non credendi pa
tientiam: cũ ego me uidiſſe proclamẽ. Tu nullam afferas ĩ
nocentiæ ꝓbationem. Nõ potes aliter abſolui: q̃ ut illud e
go negem. Nec tamen iudices putetis ſolo me calamitatũ
ãbitu petere quæſtionẽ. Dabo ꝓpter quod me torqueatis
irati. Filiũ meum illum ſingulis uobis uniuerſiſq; laudãdũ
iuxta quẽ fœlix iuxta quem arrogans eram occidit. mea ni
mia libertas. ita ego te non æculeo efferam: nõ ſup arden/
tes exuã flãmas. nunc me uindicas: nũc tueris. Modo mo
do corã me filiũ meũ diues occidit fidutia tui. Concurrite
õnes liberi: omnes parẽtes urite lacerate hos primũ patris
oculos. Diſtrahite has manus quæ nihil ꝓ pereũte fecerũt
hoc corpus: hæc m̄ebra: quæ de cõplexu latronis uulnera
nulla retulerunt. Siue hoc pœnã: ſiue uultis eẽ dementiam
debeo tã miſer eſſe dũ ꝓbo: q̃ cum uiderẽ. Miſerum me ſi
fas eſt in quæſtione mentiri. Sine dubio diues hoc capta/
uit recuſando quæſtionẽ ne crederet. Sed dura parump a
nimæ uidiſti. Nũc ĩfœlix ad nos miſera pietas redi. quod
fieri in ipſa orbitate nõ potuit: & uires quas ĩpuiſus abſtu
lit dolor ꝓbatio reſtituet. Cũ flãmis urentur nuda uitalia:
nox illa occurrat: cũ m̄ebra fidiculæ flagella laxauerĩt: rur
ſus ante oculos ſit moriẽtis unici uultus: hereant uerba p/
cuſſoris: mandata peuntis: filiũ ſpectaſſe morientẽ longa
præſẽtia eſt. Neſcis ĩfœlix ſenectus q̃ta tibi opus ſit uerita
tis cõtẽtione: ut pœniteat diuitẽ: ꝙ nõ duos occidit. Iam
nũc tamẽ uobis iudices ĩfirmitatẽ meã allego: cõmendo. ſi

me forte fidicule flagella mutauerint: ego tamē uidi. ſi uocem in æculeis: ignibuſq; perdidero: ego tamen uidi. ſi totus undiq; dolor pariter admotus occiderit: ego tamen uidi. Alioquin niſi hoc animo meo niſi licuerit oculis: morerer hoc dolore: quo puto me poſſe torqueri.

## Argumentum.

g Emini quibus erat pater & mater ægrotare ceperunt. Conſulti medici dixerunt eundem eſſe langorē. deſperantibus reliquis promiſit unus ſe alterum ſanatuꝝ: ſi alterius uitalia inſpexiſſet. Permittente patre execuit infantem: & uitalia inſpexit. Sanato uno accuſatur pater ab uxore malæ tractationis.

## Pro matre contra patrem.

q Vamuis Iudices plurimū infœliciſſimæ matriſ aduerſis miſerationis abſtulerit: ꝗ ex duobus liberis pari deſperatione languētibus alter euaſit: & pleriſq; maximū dolorē prima frōte tractantibus uideat̃ auiditas gaudioꝝ: ut modo ad totius orbitatis redacta patientiā iam nō ſit unius ſalute cōtēta: nō poſſumus tamen affectibus ueſtris nō hāc primā triſtiſſīæ calamitatis allegare menſurā: quæ ex ipſa quoq; ſolatii ſui cōditione deſcendit. Minus miſera quereretur de marito ſi ſanari nec ille potuiſſet: ꝓ quo eſt frater occiſus. Nunc ĩfœlix par non eſt dolori: nūc nō ĩuenit ulla ſolatia: ex quo ſibi uidet̃ filium perdidiſſe uictuꝝ. Sup ĩpatientiā triſtiſſimæ orbitatis increſcit ꝗ ĩtelligit illū non ſine ſanitate fuiſſe langorē. Nec pſuaderi miſeræ poteſt pituro laboraſſe fato: in quo inuētū eſt ꝗ ſanaret aliū. Captet licet crudeliſſimus ſenex parricidii ĩmanitatē metu maiore ꝓtegere: nō ĩuenio unde colligi poſſit: utrūq; fuiſſe morituꝝ. Ex duobus ægris nō periit: niſi qui occiſus eſt. Ante ōnia igit̃ illud a uobis ĩfœliciſſīa mater petit: ne maximi ſceleris ideo decreſcat ĩuidia: qa pati uidet̃: & reus ex orbitate tātūdē.

Nō perdidit filiū quiſqs occidit. explicat a dolore patrē: ꝙ ſibi uidetur feciſſe rem maximā & in locū iuuenis amiſſi ſubſtituit de uanitate ſolatiū. A lia eſt: alia cōditio matriſ quæ medico nō credidit: apud quā ſæuiſſimæ conditionis īmanitas fidē non potuit impetrare temptādi. Pro utroq; timuit: ꝓ utroq; ſperauit. Facinus eſt eū maioris uideri pi etatis: q de morte filii putauit alterius uel certa ſalute tran ſigere. Sic debetis odiſſe patrē: tāq̄ duos occiderit: cuius non īterfuit uter occideretur. Eſt tamē ſanctiſſimi iudices quod de crudeliſſimo parricida queri poſſit nō ſola mater Adiecit humanis calamitatibus ipſā ſanitatē & morborū lāgoriſq; uiolentiā medicinæ conceſſit. Filiū occidit( ſi ip ſi creditis )fortaſſe morituꝝ: & hominē cuius caritas debu erat ipſa deſperatione creuiſſe: in hoc ſolum impēdit ut tā tundē ſupereſſet incerti. Non exonerat iudices īmanitatē ſæuiſſimi patris: qd hac rōne credidit de lāguēte filio rem inauditā: rem facere crudelē. Vnā rationē habet ſi ipſe ſa/ net. O triſtior indigniorq; ſemp menſura calamitatū ma/ gna fœlicitas. Hunccine fecit exitū illa modo ciuitate to/ ta conſpicua mater? ille indiſcretus ab utroq; latere comi/ tatus? ille gaudētiū dulcis error oculoꝝ? Quid mihi mor tē nuntiatis unius? Perdidit miſera geminos. Paſſi ſūt. n. lāgorē miſerrimi iuuenes: ſine dubio pariter: unaq; nō fra/ ternitate: nō animæ corpoꝝq; cōſortio: ſed cōditione fra/ gilitatis humanæ: qua ſic extrenei quoq; duo languere po tuiſſent. Nō negauerī terribilē: grauē: & parentibus utiq; metuendū: de cuius tamen adhuc: ut parciſſime dixerim: remedio quæreret. Quid reffert an medici cōſenſerint u trūq; perituꝝ: cū eundē dixerint eſſe langorē? Manifeſtū ē de duobus nō dixiſſe ueꝝ: quos de altero conſtat eſſe mēti tos. Iā tamen iudices de tā perdita ꝓnuntiatione nō que/ rimur: ꝙ ægros quos ſibi uidebant explicare nō poſſe: pa rētibus crediderunt. Innocentior eſt ſimplicitas deſperare ſi remedia nō noueris: & hanc īnocentiæ malo ꝓbitatē: ut lāgorē quem neſcias tantū neges poſſe ſanari. Maximi ta/

men uirorum: & quibus artiſ ſuæ ſoluēdo nō sit humanitas: ſi ſciebāt hoc genus curationis: & illud nō idicar̄ uoluerūt Vultis & illos mētitos breuiter probē? Deſperauerūt de lā gore: cuius remedium (si patri creditis) alius iuenit. Siue n. iudices uaniſſimus neſcientum uidit hanc patriſ in periculo liberorum rigidam nimiamq; patientiam: & hominē mihi filiorum lāgore ſollicitum de remedio generis humani: ſiue captauit & hoc uultu quandam artis mutationem imitari q ſanare non paterat & ignorantiæ pudorem tegere: magno tentauit incerto: ſiue ut aluid uideretur dixiſſe quam reliqui uerba deſpationis ineredibili uanitate uariauit: magnaq; miſeros parentes ambage ſuſpendens tutiſſimum putauit promittere: qd deberet nemo experiri. Cauſas quidem ſe dixit ignorare morborum: ſed ſalutem ſpopondit unius: ſi licuiſſet alterum occidere lacerare pſpicere. En cui pietas patris: cui credere ſollicitudo debuerit. dixit ſe ſcire remedium quod neſciebat. Vultis intelligere iudices nihil impatiētia caritatis fecisse patrem? nō retulit ad matrem. Adacta eſt amorte filii uel ſanitate diſcedere. Non propiquos cōſuluit non amicos: ſed sua tantum pſuaſione: mediciq; contentus: qd nocentius eſt: q̄ si ipse occidisset: alterutrum potuit elligere. Dicat nunc parricida: quid fecerit illud quod etiam de ſimilibus tam paribus ægris in alterum deſperatio illa preualuit. Si medici non interfuit utrum occideret: Conſtabit uiuere utrūmq; potuiſſe si interfuit: Conſtabit non eundem fuisse lāgorem. Qualis fuerit illa curatio qd paſſus sit iuuenis in morte: qua medicus parabatur omnium affectibus: omnium cogitationibus liquere crediderī. Ideoque parcimus auribus noſtris. Breuiter tamē longæ crudelitatis explicanda ſæuitia eſt: exomnibus quæ pertulit leuiſſimum fuit quod occiſus eſt. Non ē quod ueniam triſtiſſimae curationis paret: quod uidetur in alio fratre explicata promiſſio. An alterum medicus ſanauerit fortuna uiderit Quod negari non poteſt: alterum medicus occidit.

Erumpit hoc loco mulier īfœlix: & tota libertate ꝓclamat Redde mihi inqt marite filium meū quē tibi pariter mdei coq; cōmiſi. Hic eſt ille noſter inſanabilis: recipe quem mi hi crediditi: ille moriturus: hic quē permiſeras medico: ſi maluiſſet occidere. Vides quid ꝓfecerint anxia uota pieta tis ſollicitæ præces. Dum iā frigidi pectoris calorē ſuper poſitis reuocamus uberibus: dum frigentia mēbra cōtinu/ is oſculis & ſpiritu trepidæ matris animamus: dū labentes oculi ad nr̄as exclamationes noſtroſq; plāctus admiſſa pa ulatim luce laxant: dū multa mentior: multa promitto: & fratrē dico ſanatū: reſpexit ad uitā: conualuit euaſit. Nō tamen iacto pietatem: nō arrogo mihi ꝓſperæ curationis euentum. Q uid hunc ſanauerit uis ſcire breuiter? qđ po/ tuit utrūq; ſanare. Pudeat nos o iura legeſq; ꝙ miſerrimi ſe xus dolorē his cluſiſtis anguſtiis. Ita maritū ꝙ occiſus eſt filius male tractationis uxor accuſat. Perdiderūt legis hu ius auctoritatē quæ ad illas uxorias querelas matrimonio rū ſolent deferre delitias. Ego illā datam miſeris tantū ma tribus puto poteſtatē: ab iniquo cōiuge explicare diuortiū & contra maritales tuet iniurias: ut nolis præſtare patien tiā. Illis ſuccurrit quas nefas eſt abire diſcedere: quas ī peſ ſimi coniugii durū ꝑpetuūq; complexū: coīum pignoꝝ ne xus arctauit: quæ malos maritos pariter & patres nec relin quere nec ferre ſuffitiunt. Facinus eſt ideo euadere maritū qa dānaret: ſi de illo minore dolore quereret. Itaq; impu denter facit ꝙ ꝓ detracto matronæ cultu negatoq; comita tu faſtiditis noctibus: pulſataq; fatie filiū cōplorat occiſū Sileo adhuc illa ꝑ quæ parricidii creuit īmanitas. Occiſū filiū obiitio puta luxurioſum ꝑditū: nocētē: figite hoc pa trē ira indignatione feciſſe. Q uantū facinus ſit filium oc cidere: nemo magis fatetur: q̄ qui uult uideri ſe illud feciſ/ ſe pro filio. Et quid Iudices? uel ex hoc totus animus ma/ riti: tota triſtiſſimæ coniugis calamitas perſpici poteſt: qđ ſe negat matri comuniū liberoꝝ debere rationē. Placet ergo mortales: ut de hominibus in quos plus ex haꝝ ſāgui

ne: ex haꝝ tranſit aīa: non habeant partē niſi tātū doloris Solos ergo comunicabit miſera planctus: & ab ōibus con ſiliis: quibus ordinatur iuuēta uita diſponit: extranea uili tate ſepoſita circa mœrores tantum lachrymaꝝq; cōſortiū orbitate iunget. Si me hercle fas eſt æſtimare utri plus pa renti debeat ex liberis: non īpbe totā poteſtatē ſibi uendi cabit affectus q decē menſibus ante noſtrā incipit diligere notitiam. Et cū uos patres gaudium primū fatiat oculoꝝ ante ſunt conſcientia matres. Facinus eſt ideo tantum illis minus licere: quia minus facere ſuffitiunt. Vos eſtis q cre/ ſcentes adhuc in pegrinationes: qui iā adultos ī caſtra ma gnoꝝ parentū uanitate dimittitis. Erubeſcitis deſideriis: tamq̄ infirmitate: & unde uelociſſimus trāſitus eſt in rigo rem: uultis liberos amare patientia. Quam multa ideo tā tū de filiis facitis: qa licet: & frequētius poteſtatis nr̄æ iac tatione: tāq̄ aliquo grauitatis genere delinqtis. Nō habet orbitas ueſtra lachrymas ſup ardentes rogos tenetis incon cuſſā rigidāq; fatiē: itis obuiam cōſolationibus: & qd om/ nē modū feritatis excedit: captatis ī magna calamitate la/ udari. Quicq̄ ergo erit quod de cōmunibus pignoribus: nō pari mente: pari īpatiētia: uel ſi neceſſitas poſtulet: pa ri rigore fatiatis? Mali tantū patris ītereſt: ut matri minus liceat. Sane credat uobis circa regēdas cōium pignoꝝ mē tes ſexus infirmior: uos mores: uos uitæ genus: uos matri/ monia cæteroſq; actus ueſtra pſuaſione firmetis. Nūqd ar rogans cōſortium: numqd īpotens ſocietas ē: liberos cōes eſſe languētes? Si qs imo pudor eſt: cede nūc tota poteſta te matri. Illius ſit ī ægri thoro pximus locus: hæc adhibe/ at fomenta: porrigat cibos: ſi qd īpatiētia: ſi qd flagrātiū uiſcerū poſſit infirmitas: mater neget: mater indulgeat. Illas quas immodicus ardor diſcutit ueſtes: hæc ſuper fa/ tigatos reponat artus: illas iactatas toto lectulo manus: ſedulo contineat affectu. Fruſtra captas uideri ultio/ nem magnæ caritatis: ab omni curæ ratione ſepoitus. Cum circa curationes liberorum nō conſentiunt parentes:

curationis eſt culpa non matris. Quid ꝙ filium occidit i/
nocentem: cum nihil obiicere: nihil poterat iraſci? Filium
(ſi ipſi creditis) ꝓ fratre mori paratũ cuius ſuppremа fer/
re non poterat. Nouum iudices & incognitum rebus hu/
manis audite facinus. Iam parricidium pietas: caritas: &
impatientia orbitatis admittit. Malo odiũ: querelas: exe/
crationes: q̃ ut quis liberos affectu quo ſeruãtur occidat?
Quid reffert an per hoc alterius filii anima redimatur? Si
parricidiũ fas eſt ullas accipere cauſas: filius propter ſe tã
tum debet occidi. Adiicite iudices ĩmanitati: ꝙ occidit æ
grum. omnibus equidem mortalibus maiorem crediderim
de langore uenire reuerentiam: & illorũ quoqꝫ quos inter
ſupplitia pereuntes auido ſpectabamus aſſenſu: iuxta uali
tudines tamen morborumqꝫ uiolentiam quodã ĩnocentiæ
fauore miſeremur. In carceribus: & in illa profunda nocte
pœnaꝝ religioſius ille anheli pectoris palor inſpicitur. nõ
ſic confundũt obuios grauibus cathenis colla ſtridentia &
diutino ſqualore concreta faties: ut ille quem ad ſingulos
conatus: greſſuſqꝫ labentem uix trahit impellitqꝫ lõgus or/
do uinctoꝝ. Et inter tot deſtinatos: totqꝫ perituros: omni
um tamen in ſe retorquet oculos unus æger. Quid ais?
tu illũ quem nũc nefas eſt caſtigare reprehẽdere: cuius au/
ribus parcere debuerũt mitiora uerba: ſi qd negares: uide
reris occidere: ferro uulneribus aggredereris? Nõ põt hinc
tibi uenire defẽſio: ut hoc ſis ꝓ alterius ſalute comẽtus. In
ter duos liberos pari deſpatione lãguẽtes: da bonũ patrẽ:
nõ prepõderabit alterutrum: nõ elliget: ſed ut ĩcertũ orbi/
tatis euadat: ipſe morietᷣ. Tẽptat hoc loco iudices crude/
liſſimus ſenex excuſationẽ temeritatis ſuæ de medicoꝝ tra
here cõſenſu. Deſpauerãt ĩqt de duobus. ſed ut incertum
orbitatis euadat: ſepono pauliſꝑ ĩmanitatẽ patris: q credi
dit: & d̄ arrogãtiſſiæ ꝑſuaſiõis hoĩbus queri d̄ totius gene
ris humani noĩe uolo. Quam multas artes miſera mortali
ũ ſollicitudo feciſti. fato uiuimus: lãguemus: cõualeſcimuſ
morimur. medicina qd præſtas: niſi ut iuxta te nẽo d̄ſpet?

Dicturum me putas: non credo renuntiantibus: non accedo cũ deſerunt: relinquuntq; languentes. Ego uero medicis non credo ſperantibus. Aſpicite maiorẽ partem generis humani: & ſi me interroges illam robuſtiorẽ: illã adhuc in prima rerum naturæ ueritate uiuentẽ: nullos artis huius nouit antiſtites: nec minus tamen bellorꝝ uulneribus: morborũq; medetur incurſibus: non diſputationũ uanitate ſolerti: ſed experimentis: & inuicẽ per ſimiles diſſimileſq; caſus obſeruatione ducente tradita ratione ſuccurrit. Non medicina ſanat: ſed quicquid uidetur ſanaſſe medicina eſt. Quo uultis animo feram: ꝙ ars quantũ dicitis inuenta ꝓ uita: ſi diſplicet: auctoritatẽ formãq; captat: ut longe uentura ſuprema ꝓſpitiat: ut adeſſe fata denuntiet: quæ nec timẽtur: & maxima ſcientiæ pars eſſe cœpit ſanare nõ poſſe. Quiſq̃ ne ab homine qui adhuc loquitur: ſpirat: ĩtelligit: ſic recedit: quẽadmodum relinquitur exanime corpus & ibi finẽ uitæ putabit: ubicũq; ſcientiæ ſubſtiterit ĩfirmitas? Si fragilitatẽ mortalitatis incertoſq; uelimus æſtimare caſus: tantundem periculi habet oĩs æger. Iniquiſſimũ ẽ deſperationes uocari: quotiens remedium medicina non ĩuenit: & anguſtias ſiue artis ſiue mentis humanæ: ad iuidiam refferre fatorum. Nihil magis intereſſe omnium puto q̃ ut ſpes pro homine tam longa q̃ uita ſit. Vnde putatis tardos funerum apparatus? Vnde ꝙ exequias planctibus plangore: magnoq; ſemper inquietamus ululatu: q̃ ꝙ facinus uideretur credere tam facile uel morti? Vidimus igitur frequenter ad uitam poſt conclamata ſuprema redeuntes. Pleriq; conualuerunt negligentiæ bono. Quoſdã explicuit quicquid alios fortaſſis occideret. Hos indulgẽtiæ temeritas: illos adiuuit deſperationis audatia. Datur fortaſſis huic arti perſpicere morbos: poſutura meditari: ſed unde ſciet quantum inter uiſcera: latenteſq; pectoris ſinus: unicuiq; animæ natura conceſſerit? quam proprietatẽ ſpiritus: quã corpus acceperit? Non tam uariæ mortalibus formæ: nec ĩ uultibus noſtris ſedet tãta diuerſitas:

quanta latet in ipſis diſſimilitudo uitalibus. Inenarrabile indeprehenſibile eſt: quicquid nos elementorum uaria compago formauit. Et pro ut in nos plura ſeu rariora de terrenis ſeminibus cœleſtibuſq; coierunt: ita uel duramur tacita ratione uel ſoluimur. An deſperantibus credi debuerit uos æſtimabitis. Qui negarit ægros poſſe ſanari: nec in hoc probauerit qui euaſit: nec in illo quē non langor occidit. Iuſtas me hercle haberet mulier cauſas querelarum: ſi noua incognitaq; ratione uel utrūq; ſeruaſſes. Nūq̄ ex magno uenit affectu incredibilia uel profutura temptaſſe: & in re quæ plus de incerto habet: temeritas experimenti ſolā probat deſperationis audatiam. Quid refert cuiuſq; ſit conditionis æger: quantum adhuc ſpei quātū uideatur habere de uita? Sacroſancti ſint parentum metus. Dii nō ſinant: ut ex liberis uilior incipiat eſſe periturus. Medici deſperauerunt. Quid iſtud ad patrem? Spera tu: iube ſperare matrem: Tuis potius affectibus: tuis crede uotis: & hoc de parricidii facilitate eſt: circa filiorum langorē ad deſperātes potius accedere. Fidem habes hominibus quos mētiri alius affirmat: contra quos iterū credis uni preſertim. Peſſime hercle de tua feritate ſentirem: ſi in quacūq; filii curatione nō adhiberes propīquos: nō īterrogares amicos: nō reſpiceres ad matris animū: nō hanc primā īpatientiā: nō hunc cōſulis timorē. De nullo filio minus debet ſoli ſibi pmittere pater: q̄ qui uidetur utiq; moriturus. Fratres inqt & gemini erāt: ideoq; credibile eſt illis eundem fuiſſe langorē. Rogo qs ī ullo mortaliū ferat ignorātiā pariter & affirmationē? Quiſqs neſcit quod genus lāgoris ſit: nō pōt ſcire: an idē ſit. Nihil iudices in rebus humanis uoluit eſſe rerū natura tā ſimile: q nō aliqua ,pprietate ſecerneret. qd reffert an ex iiſdem prima illa duorum corporū animorū q; compago ſeminibus oriatur? Sibi quiſq; firmatur. ſibi quiſq; componitur: & duo plures ue fratres naſcūtur fato ſingulorum. Hanc ipſā indifferentiam quā mirātur occurſus: ſtupēt ciuitatis oculi: parētū tamē agnitio dignoſcit:

Seperauit notitia nutricum: & fallentibus notis: eſt rur/ſus quod fatiat ipſa ſimilitudo diſſimile. In pleriſq; q̄uis ſit indiſcretā faties: inueniť tamen alius oris ſonus: habi/tus: inceſſus: ſed ut ipſa conſentiant: diuerſa mens contra rii mores & uitæ genera rixantia. Q uid ꝙ non eandē eſſe naturā geminoꝝ ꝓbat etiā fortuna diſſimilis? Hunc preſ/ſit paupertate ꝑpetua: illum inſperatis opibus excoluit. Il lius ꝑ titulos honores: illius ꝑ ignobiles obſcuraſq; ſordes totā duxit ætatē. Simile eſt quicquid accipiūt ex homine diſſimile qcquid ex fato: Nec.n.tā pariter in lucē de ma/ternis exiliř uiſceribus: ut illos eadē origo ſignauerit. Q uā tū putas interfuiſſe tēporis: dū primū uteri pondus egeri/tur: dū parump exonerata uitalia altero rurſus homine la/xantur? Breue fortaſſis exiguūq; uideať īmortalibus ocu/lis: ſed ſi terrena mente perſpicere uelis orbis huius uaſtita tē: ſcies multū eſſe ꝙ inter duas trancurrat animas. Volui tur ſup nos huius cæli ſyderūq; cōpago: & præcipiti ꝑ pro cliue decurſu: totius diei noctiſq; breuitate emenſus orien tis occidetiſq; curſus: diuerſi ſyderum in primo ſtati ortu rotato ſe rurſus axe conſeqť. Hoc tu paꝝ credis eſſe ſpa/tium: quod diuerſis pariter rebus impletur? Q uantum in ter illa tranſcurrentis horæ momenta naſciť perit. Igitur quādo unq̄ peregrinati ſunt una? militauere pariter? quid non diducti ſeperatiq; fecerunt? quando illos langor: q̄do ſupprema iunxerūt? & quādoq; ſit neceſſe eſt. Alteri ex ge minis ꝙ pariter languerunt non ſic accidit: quomodo fra/tribus: ſed quomodo duobus. Non eodē fato languere ge minos: quēadmodū uultis breuius probē: q̄ ꝙ nec uterq; occiſus eſt: nec uterq; ſanatur. Sed fingamus hoc eſſe ue/rum ꝙ deſperauerunt medici. Relique nobis pater īnocē/centiā calamitatis: ſalua ſolatia ſint de liberis: quos tibi ui deris non ꝑdidiſſe niſi fato. Q uis ex parētibus neſcit hac ſe mortalitatis ꝓcreare lege? Sed indigni exitus ſupra or/bitatem ſūt. Ideo magis flemus illos quos bella rapuerūt: hauſit incendium: naufragia merſerunt. Fortius feras īter

aſſidentium manus: inter ſuorum offitia labentes: cum in uicem oſcula: cum ſe ſatiauere ſermones: cum data ſuppre ma mandata ſunt: & ſe ſcit pietas omnia feciſſe pro uita. Igitur uerum dixerim illos mori: credimus hos perire. Nõ inuenio quemadmodum excuſationem pater de conſenſu poſſit accipere medicorum. Hoc eſt quod omnem compe rationem feritatis excedit. Filiũ pater propter hominem quẽ non putauit poſſe ſanari occidit. quantũ monſtri por tentiq; genus es. habes parricidii patientiã: non habes or bitatis. Ita demum potes ferre filii mortẽ: ſi facinus adie/ ceris. Tu occidis quia deſperauere medici. Quererer me hercle: ſi reliquiſſes: ſi quid de continuatione curæ ſollici/ tudo laxaſſet. Nihil ergo plus faties: q̃ illi qui nunc plures circũeunt fortaſſis ægros: quos detrahit quos aduocat ali a curatio. Filios ſaltẽ comitte uel matri: de fortuna quera tur: diis fatiat inuidiam mulier quæ ferre non poteſt: ꝗ ui deris deſperaſſe. Nunq̃ ex hoc rationes reddes: ꝗ occide ris. Quis hanc iudices impudentiã ferat? temptat pater ut & huic rei credatis ꝗ deſperauerunt omnes: & ꝗ ſpera/ uit unus. Noſtræ quidẽ querelæ ſufficit nõ conueniſſe me dicos: & cum inuentus ſit qui contra ſenſum deſperãtium genus aliquod ſanitatis afferret: fas erat iudices ut adhuc inueniretur alius qui lætiora & utiliora promitteret. Hoc nunc me queri putatis ꝗ in re de qua credere nec omnibus debuiſſet acceſſit uni. Non intereſt an ſuperſit remedium quod temptare non debeas: & ubi tantũdem periculi ſpes quantum deſperatio habet: melior exitus eſt: qui facit mi/ ſeros innocentes. Quid inuidiam prioribus medicis para mus? Nemo magis deſperat: q̃ qui ſe negat noſce langorẽ Quid ais pater? Ita tecum quiſq̃ ſic audet agere de duo bus filiis: tamq̃ de duobus ægris? Tu ex geminis alterum occidendum dabis? Non ferrem ſi ſperare expoſitu/ rus auderes: ſi contentus eſſes educaturus alterutrum: nõ ferrem a pirratis captum filium: alterius uicaria ſeruitute redimentem. Tu de orbitate faties uires? & caſum ſingu/

ſorum per utrunq; diffundes? Parricidium uocarem ſi pro mittente medico q; ſanaret unum: poſſes eligere periturũ. Pene crudelius eſt geminos diuidere: q̃ perdere. En ſcienti a cui debeat credi. negat ſe ſcire cauſas langoris: deinde ꝑ mittit qcquid licere non deberet nec intelligentibus. Occi dam inquit deinde ſanabo. Memineris pater in hac cõdi/ tione prius eſſe ut occidas. Non eſt tanta pietas ſeruare fi lium: q̃tũ facinus occidere. Tu nunc hoc loco putas ꝑfun dæ artis eſſe ſecretũ? Verba tantum deſperationis ĩuoluit & homo cautiſſimæ uanitatis captat illã nouiſſimã circũir breuitatem. Vides q̃ta promiſſum ſuum experimentũq; ca ligine medicus inuoluerit. nunq̃ conſtabit: an fuerit lango re moriturus æger qui aliter occidit. Non noui inquit lan goris genus. Poſt hanc uocem me hercle nõ deberes cõmit tere ægros: etiã ſi uellet experiri potionis hauſtus: ciborũ fomentoꝝq; nouitates. neſcio inquit: ſed ſi ꝑmiſeris alteri us aperire uitalia: pectus effrigere: remediũ fortaſſis ĩueni am. Iam excuſatus es medice matri: ſperaſti ne tibi credere tur. Differo pauliſper: q; de fratribus: q; de geminis: q; pa ter hoc fecit: non conſentiente matre. Publico potius mor talitatis contendo nomine: nõ debere genus iſtud curatio nis admitti. Actum eſt uelut de genere humano: ſi nobis ꝓ ſalute ægri opus ẽ morte hominis alterius: & pene ratio ſanitatis intercidit: ſi cõſũmit medicina tantũdẽ. Ego quẽ quã dicentẽ feram: ut inueniã ualitudinis cauſas: date mi/ hi aliud corpus: alia uitalia: occidã deinde ſalutaria querã profutura meditabor? Ita non facilius eſt noſſe langorẽ? Quæ hæc eſt impudentia crudeliſſimæ uilitatis? Aegrum placuit occidere: ut ĩueniretur: cur non debuiſſet occidi. Nullũ ſanctiſſimi Iudices natura morboꝝ genus ſolis uiſ/ ceribus abſcondit: & quicquid cauſas ualitudinis de uita/ libus trahit: ĩ corpus emanat. Inde palor: ĩde maties quæ ad interiorem dolorem ſuperpoſita conſentiunt. nõ inue nio cur hominem uulneribus exquiras: cur remedia quoq; uitalibus per corpus ĩmittas: & ĩ latẽtes meatus hæc qbus

tegimur medicina diſcindat. Cur ergo non eadẽ ratione lã gor admittit intellectũ ſui: qua ſanitatẽ ꝑdit? Abditos ꝓ fundoſq; morbos: aut citatior clauſi ſãginis curſus: aut cre brior anhelitus laborantis animæ incidat. crede de his ãte omnia ſenſibus oculis tuis: & ipſos de qbus agit̃: modo ſi gulos: modo pariter ĩterroga: cui potiſſimũ parti graue ta citæ peſtis pondus ĩſiderit: unde ꝓrumpat in gemitus con ſcius dolor. Medicus q per hæc non põt inuenire langorẽ non inuenit nec remedium. Quid ſi aliquid ſanato medi/ cina poteſt præſtare rationis? Sufficit ꝙ aliquando iã fac/ ta ex unius hominis inſpectione: ad totius intellectũ natu ræ medicina ꝓfecit. Quid allaturus huic ægroto ẽ: quod non tot ſeculoꝝ: tot languentiũ experimenta depræhẽde/ runt? Vis tu potius hac audatia: qua ſecreta langoris exq ris remedia tẽptare? Breuior uia ſanitatis humanæ prpior noſtræ ſalutis utilitas ẽ. Si uiſcerũ nimius ardor ſtricta cir ca ſe mẽbra durauit: adhibe remedia laxantia. Si fluitat ni mis æger humoribus: præſto ſint p quæ præſſis cluſiſq; ue nis ĩ nouas uires corpus areſcat. Si paꝝ prodeſt abſtinen/ tia: rurſus ciborum qualitate foueatur. Si ſpiritus r̃ceptis præmitur alimentis: ad puriores meatus ieiunio fameq; te nuetur. Cõtigit tibi magna experimentoꝝ materia medi/ ce: ægri duo & langor idẽ. Nõ eſt opus ut expectes q̃do ſu p unius hominis patiẽtiã explicet ꝓfuturoꝝ magna diuer ſitas. Potes experiri pariter eadẽ cõſentanea: diuerſa: pu/ gnantia. Nulla ratio eſt uulnerum ſanguinis ſuppremorũ Quẽadmodum ſanari debeat alius æger ſcire nõ poſſis ni ſi ex homine ſanato. Quid ꝙ etiã ut idẽ ualitudinis ſit ge nus: neceſſe eſt tamen duorum corporum diuerſitate uarie tur? Nunquam in alienis uiſceribus inuenias totum quod de altero quæras: & alius langor eſt: alius æger. Cur maxi mũ nefas alterius filii ſalute defendis? Homo in quo ſola quærit̃ cauſa langoris propter medicũ occidit̃. Adiice ꝙ nec depræhendi ex ſanato poteſt ullius cauſa langoris. qc quid nos ĩ uitiamorboꝝ a naturali ſanitate cõmutat: facit

aut nimii ſanguinis pondus exeſtuans: aut ſuperfluens ca/
lor: aut ultra naturalē modum humor exundans: aut ſpiri
tus p tacitos meatus non ſolita laxitate diſcurrens. Quid
horū ſi uitalia ferro uulneribuſqȝ reſecētur: ſaluum poteſt
eſſe languentibus: cum cōpreſſi ſpiritus laborem ꝓtinus il
le reſerati pectoris meatus emittat: ſāguis idem pariter de
præhēdatur egrediaturqȝ uulneribus? An fas putatis ut ſu
am ſeruent uiſcera nudata fatiem? ut nihil perdat ex prio
re natura illud pectoris uitæqȝ ſecretū: cū admiſit oculos?
Plurimū in nobis etiā timore mutatur. Quātum affert ſol
licitudo: gaudiū: dolor: & aliquis ſubitus affectus? Quo
tiens dū ad curationem præparatur æger: dū componitur
ad ſua remedia corpus: medentiū manus anima deſtituit?
Iam uero ad ſingulos ictus: & longiſſimas uulnerū moras
quantū ex toto homine conuertitur clamore gemitu. Ne/
ceſſe eſt omnes perire quibus continetur uita cauſas: quo/
tiens uita ipſa conſūmitur. Et cū homine qui propter intel
lectum langoris occiditur: ipſe quoqȝ paulatim lāgor emo
ritur. Differ ſaltem pater hanc crudelitatem: quicquid ex
filio facis faties ex cadauere. Si poteſt depræhendi langor
dum occidit: facilius cum occiderit. Interrogarē me hercle
hoc loco libet: utrum ne perituꝝ pater an medicus elege/
rit. Negauit ſua intereſſe quē occideret: hoc ſi & alter pe/
riſſet: probauerat utrunqȝ fuiſſe periturum. Cum conua/
luit probat utrūqȝ fuiſſe uicturum. Ad ſæuiſſimā curatio/
nē potuit ægrū facilius mehercle explicare: ſi eſſet unici pa
ter. Sufficit ergo compare decernere: nū iterū ille tibi præ
tioſior: ille melior incipiet eſſe uicturo. Vbi eſt īpatientia
patris qua uix dimittitur cadauer in rogos: qua corpus ex
animę detinet amplexu? Dii īmortales q̄ ſæua q̄ crudelis ē
iſta cunctatio. dū deliberas dum unūquēqȝ detractas: par
ricidium in utroqȝ conſūmis. Duoꝝ uilitate fit ut ex fra
tribus poſſit alteruter occidi. Nūq̄ iudices res tā orribilis
īauditæqȝ feritatis admiſſa eſt. Filiū propter eum pater oc
cidit: quē etiam ipſum poterat occidere. Transfert iudices

reus in medicum electionis inuidiam. Ille inquit æſtima/
uit: ille decreuit. Ergo manifeſtum eſt non parem fuiſſe lã
gorẽ. Ex duobus ægris plus habuit ſpei: propter quẽ debu
it alter occidi. Recede paulisp mulier infœlix: filii tui no/
bis refferenda curatio eſt. Fœlices ægri qui langore moriũ
tur: qui ſuppremos anhelitus inter ſuorꝝ ãplexus: inter ſu/
orꝝ alloquia poſuerunt. Vt erat iuuenis primo ipſo cõpe/
rationis incerto: mox electione crutiatus abacta eſt a peri
turo primo mater: & modo ſædula miniſteria ſeruorꝝ repẽ
te mutata ſunt in mortis offitia. Detrahuntur tremẽtibus
uelamẽta mẽbris: & ut graſſaturas manus totũ corpus ad/
mitteret: nudatur miſerabilis ac deffl ẽda maties. Toto de
inde tenditur thoro: & ad ĩmobilẽ rigidamqꝫ paciẽtiã per
omnia lectuli ſpatia duraturus exponitur. Accipit carni/
fex ille tellum: non quo dextra ſtatim totũ uulnus ĩprime/
ret: ſed quod leuiter paulatiqꝫ deſcendens: animã in confi
nio mortis ac uitæ librato dolore ſuſpenderet. Hæc exor/
tatio: hoc fuit perituri iuuenis alloquium. Fortirer dura:
patienter admitte: ſanabitur frater. Non eſt ꝙ exanimeris
metu: dolore deffitias. Caue uiſcera exclamatiõe ne laxes
anhelitu gemituqꝫ concutias: ne remediũ pereat alienum.
Paſſus ẽ miſer diſcurrentẽ per omnia reſerati pectoris im/
probũ uagæ artis errorem. Contentũ fuiſſe medicum to
to homine diſcentẽ putatis aſpectu? Aegeſta ſæpe uitalia:
pertractata: deducta ſunt: fecerunt manus plura q̃ ferrũ.
Stat iuxta medicum pater apertis uiſceribus inhiãs ſtilãtẽ
animæ ſedẽ cruentis manibus agitantẽ: ne feſtinet hortat᷑
iubet altius diligentiuſqꝫ ſcrutari: interrogat: dubitat: cõ/
tendit: affirmat: & accipit de filii morte rationẽ. At muli/
er ĩfœlix cluſis aduoluta foribus: cruẽtũqꝫ ſecretũ toto cor
pore effringens: uelut ſup buſta: tumuloſqꝫ clamabat. Au/
di miſerrime iuuenis: ſi qs tibi adhuc ſupeſt ſenſus: exaudi
nõ pmiſit hoc mater: crede orbitati meæ: crede lachrymis
nec frater uellet hac rõne ſanari. Inter hæc reffitiebat᷑ mi/
ſer hauſtibus: detinebat᷑ alloquiis: cõprimebat᷑ reſſiduus

cruor: cludebant aperta uitaila. Nemo ūq̄ tā noua ptulit cōmenta ſæuitiæ: q tāq̄ ſanaret occiſus ē. Ite nunc & quærite: an potuerit medico ſanāte uiuere: qui tā diu uixit: dū occidit. Vos tunc putatis illius tantū langoris medicum quæſiſſe cauſas? quæſiuit qcquid neſciebat: & uſus occaſione rariſſima: in omnē uoluit pficere nouitatem. Dii immortales quātū infœlix iuuenis animæ: quantū ſanguinis q̄tū habuit ex uita: qui ptulit ordinē lōgiſſimæ curatiōis. Vix ægre miſero licuit mori: uix a crutiatibus ſuis aīa dimiſſa eſt. Inuentum putatis eſſe langorē? Inuentum eſt illum potuiſſe ſanari. Agedum cōmento tuo ſenex ſuperbus exulta: habes quod liberis: quod parētibus: quod iputare ſæculo poſſis: feciſti medicum parricida meliorē. Libet mehercle intueri par illud: ægrū uidetis hominē qualē non ſalutares medentium manus: non ars iuenta p uita: ſed diri ferarꝫ rabidiq; morſus: & animaliū fames ſatiata d̄ſtituit. Hic aliū in nouas uires recenſq; robur redito uigore ſurgētē. Vultis ſcire iudices unde uenerit tāta diuerſitas? Illum pater curauit: hunc mater. Quātū iqt miſera ptuli laborē dum tā magnā foueo triſtitiā. Nō fuit mihi rixa cum morbis: nec cū repugnātis ualitudinis rigore cōtentio. Totus ī lachrymas mœrorēq; reſolutus oderat lucē: reſpuebat cibos: faſtidiebat hauſtus: & uitā parricidii pudor fugiebat In ōi pclamatione gemituq; frater: ille diebus ac noctibus cogitatiōes: ille torquebat oculos. De qbus tu ægris ipotētiſſia medicīa mētita es? Nō fuit: nō fuit ſolo lāgore periturus: quem non potuit nec mors fratris occidere. Quid igitur inqt miſerrima feminarꝫ ſæuiſſime ſenex ex hac recordatione triſtiſſimæ orbitatis ad hos uultus: fatiemq; conuerteris? Sine dubio filius eſt: & poſt grauiſſimas denuntiationes redditus uitæ. Sed ignoſcat natura: pietas: non eſt ſolatium matri unus ex geminis. Fœlitior ille dolor eſt: q trāſigi ſaltē cū oculis pōt: renouatur accēdit: & ī hiſ uultibus: illū quottidie putat uider peūtē. Sed & ipſe gaudio r̄dditæ uitæ lætitiaq; nō fruit: nec ſe credere pōt caritate

prælatum: quem medicus elegit. Sentit infœlix cuius orbitatis unicus ſit: quibus lachrymis pfundãtur oſcula: q̃ magnis ꝓfundiſq; ſuſpiriis concutiãtur amplexus. Miſera uerecundia ſanitatis ingratæ: prætium ſibi uidetur fratris occiſi. Conuertitur hoc loco iudices mulier infœlix: & uelut ad quandã præſentiam amiſſi iuuenis: ſiue inquit tandem ſecuritate mortis explicitus: in aliquo ſedis æternæ pudore requieſcis: ſiue excluſus ac uagus: &inter fabuloſa ſupplitia metuendus adhuc laceratione: per ſtupentes horrenteſq; manes ũbra diſcurris: audi miſerrime iniquiſſimã matris cõplorationem. Non qdem licuit mihi in illud cubiculũ conditorium tuæ mortis irrumpere: nec ſupra cariſſima membra ꝓſtratæ matris uulnera tua tegere uiſceribus. qđ ſolum tamen potui: corpus quod medicus: quod reliquerat pater: hoc ſinu miſera collegi: ac uacuũ pectus frigidis abiectiſq; uiſceribus rurſus impleui: ſparſos arctus amplexibus iunxi: membra deducta compoſui: & de triſti terribiliq; fatie tandem ægri cadauer imitata ſum. Hoc eſt tamen quod de triſtiſſima orbitate præcipue ferre nõ poſſũ. Propter fratrem uideris occiſus: nec tamen unq̃ cõſtare poterit: an tu ſanaueris fratrem.

Argumentum.

a Bdicare & recuſare liceat. Pauperis & diuitis inimicorum filii iuuenes amici erant. Filius diuitis: cum in pirratas incidiſſet: ſcripſit patri de redẽptione. Illo morante profectus pauperis filius: cum apud pirratas amicum nõ inueniſſet: quia laniſtæ uenierat: peruenit in ciuitatem in qua munus parabatur ſub tempus ipſum: quo pugnaturus erat diuitis filius. Pactus eſt cũ munerario paup adoleſcens: ut uicariis operis redimeret amicum. Petiitq; ut ſi egeret paup pater alimẽta ei præſtaret: ipſe in pugna occiſus eſt. Diuitis filius reuerſus egentẽ inuenit pauperem: palam cepit alere. Abdicatur.

Pro filio contra patrem.

n Eminem unq̄ iudices intra tā breue ætatis ſuæ ſpatium plura terra mariq; ꝑpeſſum: q̄ quæ ꝓxima peregrinatione uel tuli uel timui uel uidi facilius ut opinor fides eſt: cū ex ōnibus quos nouimus mortalibus unus nomīari me miſerior poſſit quē infœlicē ego feci. Tamen in hac quoq; omnia excogitantis ī me fortunæ uiolentia confiteor: nunq̄ hunc me cōcepiſſe animo metū: ne poſt rēdēptū ꝑ alienas manus filium diſpliceret patri meo miſericordia. Illas uerebar magis iā non tacitas uulgi opiniōes: q̄bus crudelitatis atq; ſæuitiæ reus peragor apud pleroſq; ſanctos & graues homines. nōdū excuſare potui ꝙ redemptus ſum. Obiicitur mihi orbatus ſenex: & ille qui modo ſaluo etiā filio contra diuitē ſteterat: amiſſis ī uno iuuene ōnibus bonis inimice domus ſupplex. Licet. n. totas aduocemus in odia fortunæ uires: & unū egentē ſenē uniuerſa g̃r̃æ mole calcemus: confitendū eſt tamen plus amici nocuimus q̄ inimici. Qui ipſa prorogatæ quottidiana ſtipe infœlicis animæ uidet̃ quodāmodo maligna clementia. Quod. n. beneffitiū eſt efficere ut uiuat orbus? Vnū tamen uel grauius crimen infœlix hæc abdicationis meæ fortuna defendit: ꝙ uix ad ſuſtinendū ſpiritū ſuffitientes cibos prorſus tantū mortis īpedimenta auara manu dederī. Puto iā ignoſcetis ōes ſi plus præſtare non potui inuito patre. Quāq̄ iudices oborit̃ aīo meo nonūq̄ & illa ſuſpitio: ꝙ patrē non alimenta uni ſeni parce uiuere aſſueto: nec liberaliter data: nec diu danda in offenſā meā cōpulerint. Quātulū eſt. n. facultatibus diuitis q̄d ſub patre ſane tenaci filio familiæ ſupereſt? Ac ſi foret maius forte mumētū: qs tamē parens tā durus eſt: ut ꝓpter aliquā īpenſā carere filio uelit: ꝙ ipſe celatus ſit: ꝙ nō ſuæ miſericordiæ paupem cōmiſeri non rogauerī: qui præſertim qcq̄d unq̄ petii a patre exoraui? Sed neq; hoc ultio fulmine caſtigari meruit in differēdis præcibus uerecūda cūctatio Qui dū tēpus oportunū: faciles aditus: hylariorē animū capto: iteri uolui ſupeſſe cui ignoſceret. neq; infitior tamē

fuiſſe me lentiorem q̄ oportuit: tā & ſi hoc præcipue habe re uideor patris ſimile. Sed ſi ulla emēdatio pœnitentiæ ē hic in publico uobis adhibitis rogabo. non ego æs alienū luxuria contraxi: nec ꝓfuſus in uitia fortuna noſtra male u ſus ſum. Redemptionis meæ prætium debeo. Si impetro intelligā uerū eſſe ꝙ quidā opinantur: ābitioſum patrē pu blicare uoluiſſe domus ſuæ miſericordiā: ne uiderentur pa uperes tantū uitā inimicis ſuis dediſſe. Si pſeuerat ut por rectos egenti cibos mea fame repēdat: & expulſum ab ōi/ bus bonis filium ſimilem fatiat inimico: uereor ne iniquis æſtimatoribus inexplicabilis illius & ſæpe repræhenſi odii culpa uideatur penes patrem: qui tam facile iraſcitur. Ve rū enim ſi placet fortunæ magis moribus diſſidere: q̄ ſuis (nam & paupertatis eſt proprium)quando alia deffitiunt exercere libertatem: & dum cōtēptus fama uitat᷑: potētio res uel ābitioſe offendere: & nacta bonā conſcientiam ma gna fortuna indignius īparē aduerſarium patit᷑. Ergo cō/ ſeruit ut ſolet caſus duratura longius a paruis initiis odia: dum contumeliā humilitas facilius intelligit: dignitas gra uius. Neq; ulla fuit emulatio(quæ.n.eſſe īter īpares pōt) ſed fato quodā ſimilis ex diuerſis cauſis cōtentio. Hic in i raſcendo pertinax erat: ille in cædendo cotumax: quāq̄ ni ſi ultimā exprimere confeſſionē uicti utiq; placuiſſet: mul ta iā pridē ſigna dederant ueniæ finemq; pugnæ petentis: Nam quo ptinuiſſe credimus: ꝙ paup adoleſcēs relictis ōi bus ſolū me quē coleret: quē amaret elegerat? Sine dubio a primis ætatis annis iunxerat nos potentiſſimus amor il/ le puerilis: dū aut nulla erāt īter parētes odia: aut a nobis nō ītelligebant᷑: Poſt ductas tamē domos pſeuerauit imo īpēſius laborauit. Et ſi quid mihi in eo ſatis pſpectū eſt: ni hil hoꝝ fecit inuito patre. Quātū ītelligere potui: paup ſi ne dubio pudore credendi ne dānaſſe cauſā ſuā uideret᷑ ſi mul ꝙ nulla ipſi dabat᷑ gratiæ uia: ſtare uiſus ī ſuſcepto cir cuitu: tamen quoſdā meliores temptauit aditus: & dū fir/ ma tādē pax īpetrarēt᷑ filiū nobis obſidē ddit. ac ne meus q

dē offendi uiſus eſt pater: certe nunq̄ reprehēdit: nunq̄ ꝓ/
hibuit. Nec clam feci: nec contumacem aduerſus patris i/
peria unquan fuiſſe me uel ipſe reꝝ declarat ordo. Nam
quāuis infeſtum latronibus mare iuſſus intraui: neque diſ
ſimulauerim magnas fuiſſe cauſas patri: cur hoc mihi im/
paret: quod ipſe facere non potuerat: Ego & ſi neſciebā
nō interrogaui: ſatis plena ratio fuit patrē uelle. Foelix na
uigātiū conditio: qui procellas modo & ſacuos tempeſta
tis incurſus & albenteſ fluctibus ſcopulos: aliaq; pericu/
la tantum maris ptulerunt. Ego miſer naufragis inuideo:
captuſ barbaris manibus nec tam nexu cathenarum uinc/
tus: q̄ pondere: inundatū carcerem tuli: & uincula macie
laxaui. Quis non ignoſcer& ōnibuſ: qui poſt hoc exēplū
nauigare timuiſſent? Ergo qua una ſpe miſera traeba/
tur anima: litteras de redēptiōe ſcripſi patri (teſtor deos)
ſoli. Quid enim ſentire uiderer de parentis affectu: ſi hoc
incolumi redemptionem ab alio petiuiſſem? Nam qđ unū
mihi ſecundum patrem fortuna uidebatur paraſſe preſſi/
dium: hoc ſperare in illa ſorte non poteram. Quid attine
bat amico ſcribere: quē ſciebam non habere unde redime/
ret? Runquam ne mihi dabitur liberum tempus conquerē
di apud patrem de amicis ſuis: qui proficiſci uolētem re/
tinere temptarunt: qui pie feſtinationi attulerunt moras?
Profectus eſſet tamen uel inuitis omnibuſ: quis enim non
hoc præſtaret filio pater? niſi quod interi amicus anteceſ/
ſit. Illum non pericula maris: non infeſti latronibus ſinus:
non uicinum meæ fortunae documentum prohibuit. Mi/
nus hoc miror de amico. Illud eſt qđ penſari nullis benefi/
tiis poſſit: proficiſcentem non retinuit pater. Imo ſi qđ
in ſubſidia uitæ ſepoſuerat parca frugalitas: id omne in
impēſas itineriſ cōtraxit & cōtulit. Infœliciſſiē ſenex: ſic e
geſ cepiſti. dicā nūc ergo ꝑ quos iuuenis præſtātiſſius naui
gauerit fluctus: quos acceſſerit ſcopulos: quātos luſtraue
rit ſinus. Faciliora iſta putāt qui nunquā nauigauerūt. In
omnia preceps ſine reſpectu ſui: quem iam tum apparebat

uitæ non parcere: adiit explorauit: & tamen ille quoq; qui tantopere feſtinabat ſero peruenit. Audite audite Iudices nouam captiui querelam: iam miſer apud pirratas nõ erã. Alebat deuotum corpus grauior omni fame ſagina: & inter dedita noxæ mancipia contẽptiſſimus tyro gladiator: ut nouiſſime perderem calamitatis meæ innocentiam: diſcebam quottidie ſcelus. Hæc tamen omnia ſuſtinui: tuli: adeo difficile eſt etiam ſua cauſa mori. Et iam dies aderat iamq; ad ſpectaculum ſupplitii noſtri populus cõuenerat: iam oſtentata per harenam perituro℞ corpora mortis ſuæ pompã duxerant: ſedebat ſanguine noſtro fauorabilis dominus: cum me cuius: ut interiecto mari non fortunam qſ q̃ noſſe: non natales: non patrem poterat: una tamẽ res faceret apud quoſdam miſerabilem: ꝙ uidebar iniq; cõperatus. certa enĩ harenæ æſtimabar uictima: nemo munerari o uilius ſteterat. Fremebant ũdiq; omnia apparatu mortis hic ferrum acuebat: ille accendebat ignibus laminas: hinc uirgæ: inde flagella afferebantur: omnes pirratas putares Sonabant clangore ferali tubæ: illatiſq; libitine thoris: ducebatur funus ante mortem. Vbiq; uulnera: gemitus: cruor: totum in oculis periculum. Si quid eſt in me abdicatione dignum Iudices unum crimen agnoſco: ꝙ ĩ hæc amicum meum miſi. Eſt quidem fœlicibus difficilis miſeriarum uera æſtimatio: figurare tamen poteſtis qui tunc animus mihi: quæ cogitatio fuerit. Nãq; ex natura reddit in extremis triſtis præteritæ uoluptatis recordatio: & mihi cum generis conſcientia: cum fortunæ conſcius aliquando fulgor: cum liberales artes: cum omnia quondam honeſtiora munerario meo: domus: familia: amici: cœteraq; uidenda in ultima mortis expectatione ſuccurrerent: tenẽti ſeruilia arma & ignominioſa morte perituro: tũ (ſi ulla miſeris fides eſt) quid horum omnium ignari agerent ꝓpinqui: nihil peius de fortuna mea ſuſpicantes: q̃ quod ſcripſerã. Illud tamen grauiſſimum: ꝙ patrem q̃ tam diu non ueniret captũ putabã. Ego tota cogitatione ĩtentus ĩ

mortem: expectabam cruentum illum cõfectorem. Quis enim dubitet quid futurũ fuerit ſi ego pugnaſſẽ? Ille quoque occiſus eſt q inter nos ut apparet fortior fuit. His cogitationibus attonito: & in mortẽ iã pene demerſo: inopinata ſubito amici mei ſpecies offulſit. Obſtupui: totumq; corpus pcurrit frigidus pauor: neq; aliter q̃ ſi uana obiiceretur oculis imago mente captus ſteti. Vbi primũ lux redit: laxatumq; ẽ iter uoci. Quid tu inq̃: quo caſu pueniſti huc miſer. Nunqd & te uendidere pirratæ? At ille cõplexus ceruices meas: effuſis ĩ pectus meũ lachrymis ſolutus: intercepto prope iã ſpiritu ſero: iã trepidãte me primã uocem: & diu ſolam edidit: ſatis uixi. Vt uero cauſas itineris reddidit: & ueniſſe ſe ad redimendum indicauit: & unde inq̃ tibi pecunia: niſi rediſtis in gratiam: & te pater meus miſit? Audite gentes: audite populi nõ ſolita iudiciũ noſtrum corona circunſtet: ſed ſi patitur natura rerũ: totus ad cognitionẽ talis exẽpli orbis circunfluat. Tacete priora ſæcula: ĩ quibus tamẽ a primordio generis humani pauciſſima amicitiæ paria ãmirabiliora fecerat lõga tẽporibus noſtris fides intercepta. qcqd hyſtoriæ tradiderunt: carmina finxerunt: fabulæ adiecerũt: ſub hac cõparatione taceant. Quis crederet (ſi dubitari poſſet) inter duos amicos: quoꝝ alterũ immunẽ malorũ omnis fortuna fecerat: alterũ pirratis ac laniſte tradiderat meliorẽ conditionem fuiſſe captiui? Si diues eſſem inquit: pecuniam pro te attuliſſem. Quod unum pauperibus præſidium eſt: manus habeo: has pirratis daturus fui: has pro te in pugnam uicarias dabo. Ignoſce pater q nimia contentione affectus: pene tibi orbitatis uulnus impræſſerim. Teſtor deos: nõ per me ſtetiſſe quod uiuo. Neq; enĩ ita me efferarat ludus: aut in tantũ durauerat animum cædis longa meditatio: ut eum amicum uellem occidi: qui pro me mori poterat. Vindicabam mihi fortunam meam: & adhuc neceſſitatis gladiator depugnare uolebam: neq; ullis præcibus poteram euinci: quamquam ſe non ſuperfuturũ alioquin minabat᷑:

Idq; unum affirmabat intereſſe utrum uicarium malem ha
bere mortis: an comitem. Non uici. Quid igitur actum
ſit quæritis? Duxit me ad munerarium Iudices. Quas
ego illius præces: q̃ pertinaces lachrymas: q̃ miſerabilẽ ob
teſtationem uidi? Nemo unq̃ ſic rogauit miſſionẽ. Trāſſe
runtur in illum detracta corpori meo arma: & male apta/
tis inſignibus feſtinatū par producitur. Quid me admo
netis ſuppremarū amici mei præcum: qbus hæc alimenta
caro empta: inopi patris ſenectuti petita: adiutorium hoc
ad cauſam putatis? Me pudet ꝙ rogatus ſum. Per hanc
inquit mihi lucem ultimã per notiſſimam amoris noſtri fi
dem: non ſinas mendicare parentem meum. Suſtineas:
adiuues: præſtes affectū: ſi mereor tu ſis illi uicarius meus.
Nec plura dicendi tẽpus fuit: Iamq; ſupprema per galeã
dederam oſcula: digreſſiſq; in diuerſum miniſtris permiſ/
ſus mars erat. O q̃ ſollicitus ſpectaui: q̃ attonita mente:
q̃ ſimili corporis motu. Quotiens ad infeſtum mucronẽ
quaſi ipſe peterer me ſummiſi. Quotiens ad conatus e/
rectus ſum. O miſera cogitatio: o crudelis natura metus:
merito tu amice pugnare maluiſti. Facinus indignum: il/
lum animum: illum ardorem non contigiſſe caſtris: nō bel
licis certaminibus: ubi uera uirtus nulla pugnādi lege præ
mium ſcribitur. Qua ui prælium inuaſerat: iratus etiam
non tanquam aduerſario meo: ad omnes impetus excipie
batur callide ueterani gladiatoris aſtu: omnes conatus cō
tra ſe erant: nec difficilem tamen ſub illo præſertim aucto
ramento habuiſſet miſſionem: ſed noluit gladiator uiue/
re. Igitur iam nudum corpus uulneribus offerens: ut to/
tam prope mercedem ſemel ſolueret: ſtans periit: cui licuit
in patria: in domo: inter propinquos: ſecuro conſeneſce
re æuo: cui tranquillam ſine repræhenſione agere uitam:
Iacet confectus uulneribus: & primo iuuentæ flore frau/
datus periit miſer fato meo. At ego qui debebar illi for/
tunæ: quem mors ſibi deſtinauerat: emiſſus ludo nocen/
tior: q̃ uenditus: etiam uiatico illius infœlicis reuertor.

Placeamus licet nobis fortuna noſtra pater: pauperi ſoluē
do non ſumus. Si qua eſt fides iudices pudet me contra in
dicare mea beneficia: nec uideor uobis rationem poſſe red
dere: quod mihi tam parum obiiciatur. Redēptoris mei
patri in prætium meū orbo egenti: qd præſtitiſti? Quod
pirrata capto: quod laniſta gladiatori exiguam ſtipem &
cibos ſemper petendos. Quantulum enim dari poterat:
quod non ſentiret dominus tam curioſus? De hac re con
ſediſtis: hoc cōcitauit iſtā iudicii ſcenam: panis datus mē/
dico: & dilatata hac impotentiæ noſtræ opinione uideba/
mur amicos ferro occidere: inimicos fame. Computemus
totam iſtam meæ luxuriæ impenſam. Audite ſummam &
miſereamini ſi hos ſumptus: ne diuitiæ quidem ſuſtinent.
Tanti cōſtat patri captiuitas mea: cum tam caro redēptus
ſim. Quo tandem patereris animo: ſi delicatus adoleſcēs
præſertim ſplendidis opibus uel ex ætate mores uel ex for/
tuna traxiſſem: & tempeſtiua conuiuia: & peruigiles iocoſ
aduocata ſodalium turba: ſolutus atq; affluens agerem?
Tantumq; impenderē quantum non poſſet te ignorāte cō/
ſummi? Quæ tamen ipſa boni patres libenter annis remi
ſerunt: cum abdicatione dignum putes: & ultimo patriæ
poteſtatis fulmine coercendum: quare mēdico ſeni porre/
xerim: ut parciſſime dicam ꝙ illi filius miſit? Non redem
pta meretrix: non egeſtum conuiuiis fœnus: non lenonum
paraſitorumq; cara adulatio in crimen uenit: cibaria ſenis
nempe unius ætate ac malis confecti. Hoc diuitias tuas
cōcutit: hoc fundatam paternis: auitiſq; opibus domū ex
haurit. Si tam auarus es: computa adhuc de alieno uixi.
At hæc fortaſſe quæ circunſtat iudicium corona: & omnis
ignara cauſæ turba magnum neſcio quod & portento ſimi
le crimen expectat. Abdicas me pater tam cito? Modo
tibi ex illa funeſta peregrinatione inſperatus reuetror: un/
de ut uenirem uix optare potuiſti. Nulla adhuc pro redi
tu meo ſoluta ſūt uota: nō ,percuſſæ diis immortalibus ho
ſtiæ: redemptori certe gratiam non retulimus. At ego

expectabam: ut deſiderio incenſus affectus uix poſſet ex/
pleri: ut poſt infauſtam profectionem uelut obiurgatus tã
to periculo: nunquam me poſt hoc ſaltem peregre dimit/
teres. Vix ſalutatis laribus expellor: & apud pleroſq; du
bitari poteſt: an admiſſus ſim. At hoc agis ne quid tibi
præſtitiſſe uideatur qui me redemit? Sæuus enim credo &
impius: & (quod maximum omnium uitiorum ẽ ſignum) ĩ
gratus benefficia patris non æſtimo. Fortaſſe cui uitam de
beam neſcio: nulla eſt apud animum meum memoria meri
torum. Miſerum me ꝙ non poſſum tantum ſoluere quan
tum accepi. Quãquam cauſas abdicationis pater altius
reppetit: & ultra peregrinationem meam ĩquirit: idq; rati
one dupplici: primum ut reum quia præmere atrocitas cri
minũ non poteſt: turba cõfundat: deinde ut grauius uidea
tur iudicium patris: cum is damnet qui ſoleat ignoſcere.
Cur inquit cum ego inimicum baberem pauperem tu ami/
cum filium eius habuiſti? Volo iudices omni contentiõe
omiſſa ſcilicet ſic agere peccaui: ueniã: peto: & errare ho/
minis eſt: & ignoſcere patris. Duxit me ſimilis ætas: eui/
cerunt officia: cepit fides: amantem odiſſe non potui. Ni
hilominus ſatis abundeq; pœnarum eſt: & ſi pietatem tuã
bene noui: pluſquam uelleſ datum eſt. Quantumlibet pec
cauerim: quid amplius iratiſſimus dominus exigeret? Lu
do tibi ſatis feci. Nullum ne cladibus meis finem dari pla
cet? Parum eſt ꝙ inſanos pertuli fluctus: & ſæuis tẽpeſta
tibus commiſſus arbitrio uentorum pependi? Parum eſt
ꝙ in nefarias latronum manus præda perueni: & (quæ ul
tima malorum etiam ſeruorum conditio eſt) ſine exceptio
ne uenalis? Inde me ſi uoluiſſet emere: potuit inimicus.
Parum eſt ꝙ me diu in carcere pirrate retentum: quia redẽ
ptorẽ illis diuitẽ promiſeram patrem in ludum uẽdiderũt
tãquam decepti: ꝙ quottidianæ pugnæ meditatiõe tã diu
mori didici: ꝙ cõpoſitus armatus inductus perierã: ſi meli
or amicus fuiſſẽ: niſi me noua uelut ĩ portu adoptata tẽpe
ſtas paternis laribus extorrẽ: & neceſſarii quoq; uictus ino

pem circum ad alienas mitteret domos. Pudet enumera-
re calamitatum mearũ gradus: pirratam: laniſtam: patrẽ.
At qui pars iſta criminis Iudices mei non defendi meruit
ſed laudari. Neq; enim reperio quid in rebus humanis ex
cogitarit natura præſtantius amicitia. Quid cõcordia cõ
tra fortunam maius auxilium. Nam primum præter cæte
ra animalia induit noſtris pectoribus quandã ſocietatem:
qua mutuo gaudere congreſſu contrahere populos: con-
dere urbes edocuit: & cum mentibus noſtris uarios impo-
ſuerit motus: nullum profecto meliorem beniuolentia tri-
buit affectum. Quid enim foret humano genere fœlici-
us: ſi omnes eſſe poſſent amici? Non bella: ſeditiones: la
trocinia: lites: cæteraq; mala: quæ hominibus ex ſe ipſis
nata ſunt fortunæ acceſiſſent. Id quia nimium deo uiſum
eſt: at certe honeſtis conuenire mentibus: fidem colere: a-
moris gratiam refferre omnibus temporibus: omnibus gẽ-
tibus præcipuũ & quodammodo ſacrum fuit. Neq; enim
niſi optimis mentibus contigit: ut aut ſic amare ſciãt: aut
ſic amari mereantur. Hoc ego crimen expaueſcam? Sci
res quãtopere gloriarer pater: ſi cum amico meo ego rediſ
ſem: niſi forte ſimilitudine flagitiorũ ductus: turpi me iun
xeram iuueni: quæ uita ſine dubio nomen amicitiæ non ac
cipit: ita tamen ad paria ducente natura uitia cõuenerãt.
Obiice mihi amicum: & habes maledicendi materiã: gladi
ator fuit. Quare amicus illius fuiſti? Ita oppinor penitet.
Effert te longius dolor: & nimia cõcitatus ira quo ꝓgredi
are nõ reſpicis. Nõ ſentis pꝛ hoc te mihi obiicere ꝙ uiuã?
Quiſq̃ de illa amicitia queri põt præter pauperẽ? At ego
inimicũ habebã illius patrẽ. Decuerat qdẽ ſimultates: q̃s
maximi omniũ mortaliũ eſſe uoluerꝰ ſapiẽtis: ĩ his deſinere
ĩ qbus naſcerent. Nã ſic quoq; ĩmodicas ſerit diſcordiaꝝ
fortuna cauſas: ẽt ſi nõ hereditaria ſubeamus odia ac diuti
us inimicitiæ maneãt q̃ inimici. Tamẽ ſi qd aduerſus te cõ
miſit ipſe adoleſcẽs: ſit hoſtis & meus. Si innoxius & oĩ ua
cans culpa: caritatẽ mereri cupit: ſi nullius me amici filius

ualidius amat: quid tandem uis pater reſpuã & iratas obii
ciam manus. In quoq; non odiſſes pauperem: ſi te amaret.
Inſerit ſe & benefficiis certat. Noras adoleſcentē omnia
ultro præſtãtē: & ſic me amabat q̄uis tu eſſes inimicus pa/
tri. Adiice ſi tanta in adoleſcente indoles fuit: quãtã nul
la unq̄ cognouere ſæcula: ſi fides antiquiſſima: & cum deo
rũ cætu permixtis: inaudita tēporibus: ſi me ſemꝑ habuit
cariorem ſpiritu ſuo: etiã ne deſpitienda mihi rariſſimi bo
ni occaſio fuit? At ego perpetuã quandam mihi gloriam
reor: ꝙ ille cæleſtis animus me potiſſimum quē amaret elle
gerit: ego ſim probatus tanto iudice. Me quoq; igit̃ feret
fama ꝑ gētes & amici laudibus illuſtrior uiuã. Credet aliqs
Iudices me ꝓ illo fuiſſe factuꝝ. Cur cũ inimici nos eſſemuſ
uos amici fuiſtis? Aliud hoc loco crimē agnoſco. Peccaui/
mus. n. fateor peccauimus: ꝙ cũ amici eſſemus: uos inimi
ci fuiſtis. hæc iudices diutius exequerer: niſi abſoluta eſſēt
ipſo iudice pr̃e. Longũ iã iſtius criminis tēpus ē: nũq̄ obie
cit nũq̄ excãduit. Et qd hoc iter nos pr̃ cõuenit niſi longi
ores reppetis offenſas? Apud malignos uidearis me ira/
tus nõ redemiſſe. Sed ſi quid ante comiſiſſem odio tuo di
gnum: potuiſti me redemptum non recipere. Manifeſtũ
eſt ergo te patiente id eſt te uolente amicum mihi fuiſſe iu/
uenem: & ſane non ſolus in hac fuiſti ſententia idem filio ꝑ
miſit & pauper. Atqui ſi pars hæc cauſæ: quæ confeſſio
ne longi ſilentii abſoluta: hodie in acceſſionem criminis al
terius deducitur: poteſt apud uos impetrare ueniam: faci/
lior certe ſequentium ratio eſt. Ille enim ſane fuerit inimi
ci filius hic iam eſt amici pater. Nec ignoro iudices q̄ ma
le iſta defenſio de humano genere mereatur: ſi adeo nihil
eſt per ſe miſericordia: ut niſi ulterior aliqua neceſſitas pu
dori uim fecerit: pro ſũmo crimine dãnanda ſit minus ne/
ceſſaria humanitas. Ergo ſi alienum & ignotũ tamē (quæ
publica oı̄um mortaliũ quippe ſub uno parēte naturæ co/
gnato ē) hominē cibo forte iuuiſſē: pœna dignũ uideretur
ſeruaſſe peniturã animã: & ignouiſſe rebus humanis: & reſ

pectu cõmunis omniũ ſortis uelut adorato numini : & ſti/
pẽ poſuiſſe fortunæ? Si hoc crimen eſt laudetur ergo cru
delitas : nihil habeatur pirratis laniſtisq; prudentius. Fe/
rantur ſane profutura humano generi duo exẽpla intra tã
breue tempus propter miſericordiam alter abdicatus alter
occiſus eſt. Quod crimen ſi fatendum ſit: non animũ mi
hi ipſe finxi: aut mea poteſtate regitur affectus: in arbitrio
formantis more omnium nature compoſitus: cũ crimine
meo natus ſum. Nam ſiue cæleſtis prouidentia: ſiue irra
tionabilis caſus : ſiue aſſignata ſiderum curſu naſcentibus
nobis neceſſitas multa uarietate pectora noſtra diſtinxit :
nec minus numeroſas animorum q̃ corpoꝝ dedit formas :
ſunt quorum mentes etiam nocentium ſupplicia confun/
dãt: qui ad omnium ſãguinem paleſcant: Ignotorũ quoq;
miſeriis illacriment. Sunt contra q ne ſuorũ qdem miſere
antur. Mihi mite pectus & molis affectus ad omnem ca/
lamitatum conſpectum tremit. Noli me eſtimare mea for
tuna pater: non habeo gladiatoris animum. Vtinã qdem
mihi cauſa permitteret ſic gloriari: iuuenis conceptus ſplẽ
didis parentibus: cum ſolum tam ſpecioſæ fortunæ crede/
rem fructum poſſe prodeſſe: & cõtra uarios mortalium ca
ſus: quaſi portum benignitatiſ aperire concupiui quãdam
humanitatis ciuicam gloriam: periturum hominem ſiue il
le naufragio eiectus: ſeu ſpoliatus ĩcẽdio ſiue exutus latro
cinio erat: natur̃ patriæq; reſtitui. Paria tecũ facio. R.P.
q̃ pp me unũ ciuẽ pdideras. Hæc me magis decet ĩpenſa q̃
ueſtis q̃ argumẽtũ: q̃ ubi laus emit̃: ubi pecunia melius põi
põt: ubi fenus bonitatis extẽdit̃. Magna cõſciẽtia ẽ. Felici
tatẽ meruiſſe. Ignotus ſanæ ſit & alienus : qd fuerit ante
nõ q̃ro : poſt hæc erit amicus. Et hercle quo qſq; plus põt:
quoq; latius patet ad fortunæ ĩcurſus: hoc magis cogitare
debet atq; reſpicere q̃tũ ĩ nos fortunæ regnũ ſit: q̃ ĩſtabili
ſede humana cõſiſtant. Nõ me aurata laquearia: nec radi
antes marmore columnæ nec graues cruſtæ fecerint im/
memorem fragilitatis. Multa ſæpe & locupletibus ac/

cidunt ſæpe in imum ſumma decidunt. Ego uidi pauperẽ auxilia diuiti ferentem. Sed ſane ſuperbius eſtimet miſe rias longa fœlicitas: & alienum caſum facile deſpiciat ſecu rus ſui. Ego quotiens auxilia calamitatis petere aliquem uideo: non poſſum non moueri fortuna mea. Succurrit mihi continuo tempus illud quo ipſe clementiam optabã. Ignoſce pater: ſi pœnitus animo meo hic inſedit affectus a mare miſericordiam miſer cæpi. Sed inimicus inquit me us eſt. Nam quis nos tantopere laudaret pater: Si hoc amico præſtaremus? Hæc eſt celebranda uirtus: hæc ani mi ſuſcipienda moderatio: uincere iram: & inter ſimulta tes quoq; meminiſſe hominis. Vt Fabio maximo ĩmorta ẽ attulit laudẽ ereptus ex hoſtiũ manibus inimicus: ut Ty berium gracchum admirata ciuitas eſt: ſcipione in carcerẽ duci prohibito: Te quoq; ſimilis animi magnitudo memo riæ dabit. Tuis enim opibus uiuit inimicus. Quicquid eſt iſtud ꝙ ſenex inops ex noſtra domo accipit: ſi nõ iraſce ris tu præſtitiſti: tibi hoc pulchrũ atq; magnificũ eſt. Nã ego ſi quid in patrem ſeruatoris mei cõfero non ſũ laudan dus. Neq; expectaueris hoc loco pater: ut illa dicã: ſemp odiorũ honeſtus occaſus eſt: & dum ſimultates nihil aliud habent: quam nocendi cupiditatem: ſpetioſa in melius animi mutatio eſt: cum exempli honore: Iunctæq; ex ho ſtili pene concurſu in affinitatem manus. Vnde tantum miſero boni ut inimicus ſit? Aſpice ſolum egentem ſenem omnibus præſidiis deſtitutum. Non ne cõtumeliam for tunæ tuæ facis: ſi hũc odiſti? Et adhuc putas tua intereſſe: ne uiuat? Nulla tibi contingere maior ultio põt: q̃ ſi iã ta lis eſt: ut illius etiã nos miſereamur. Magna mehercle iã de ueteri emulo pœna ſupeſt: panẽ eripere mẽdico: & grauiſſi me ꝑ ſe fortunæ manu pondus imponere. Age ſi periſſet cadauer calcaſſes? Feræ mehercle generoſiores iacentem tranſeunt: & reſeruati hoſtes: reſtitutæq; urbes maiora ca uſæ exempla ſint: quod ſcio uictis etiam gladiatores par cunt. Poſt orbitatem poſt ægeſtatem quid amplius põt

pati niſi quod optat. Vlterior ne tibi aliqua ulctio quæ-
renda eſt: aut aliquid rerum natura peius capit? Quis nõ
te omnium mortalium inhumaniſſimũ putet: ſi hoc aduer
ſus inimicum tuum ſaltẽ optaſti? Si mehercle: in expiabi
les odiorum cauſæ & cõpoſitis quoq; fabulis ulteriores ini
micitiæ fuiſſent: auſim dicere: ſi propter illũ liberos perdi
diſſes: Accipienda tamen erat a fortuna talis ſatiſfactio:
certe ad uitandã inſolentiæ opinionem quæ fere immeritã
quoq; potẽtiam carpit: ne uagaretur per urbem inuidioſus
medicus & calamitatis auctori criminis cauſas uulgus æge
reret odiorum. Neſcio quomodo omnis pro laborante fa
uor eſt: nec ullam perpetuam gratiam ſeruat: niſi modeſta
uictoria. Noſtra potiſſimum clementia ſuſtineatur: ne ul
lius alii miſereantur. Facilis ut animaduertere uos ſpero iu
dices defenſionis meæ curſus eſt: antequam incipiã habe-
re cauſam nimium bonam. Hic iam conſcientia trepidat:
& oratio uelut inter binos depræhenſa ſcopulos: cum ali-
ud obiiciatur: aliud defendendum ſit: heret in dubio: cũ
beneficia mea computare non audeo. Cognouiſtis expo
ſitione cauſæ quanta quamq; excedentia fidem adoleſcen
tis optimi merita narrauerim. Hæc mihi omnia ſine dubio
ille præſtitit. Sed quid intereſt: debitor delicatus ſum.
Quid in hac parte deffenſionis agam iudices? Dicam:
refferre gratiam beneficiis uolui. Ita ne tandem aliquem
mendicare amici patrem æquo animo uiſurus fui? At il-
le me redemit: cui nihil debui. Dicam moueri ne ſuppre
mis amici mei præcibus? Egregia uero comparatio. At
ille mihi præſtitit: quod non rogaui. Vtro me uertam?
Tãquã honeſtũ defendã factũ an tanq̃ neceſſariũ? Alterũ
abſolui facilius põt: alterũ laudari rectiſſimũ opinor: ueri
tatis intereſt. Audi pr̃ alimẽta iſta quæ donata ægenti pu
tas: q̃ti illi cõſtent. Si accepto captiuitatis meæ nũtio nul
lis præcibus aductus: nullis epiſtolis uocatus adoleſcẽs ad
liberãdũ me uiculo pirratarũ: ꝓfectus eẽt: q̃bus tamẽ meri
tis pẽſarẽ: cũ id mihi præſtitiſſet q̃d ego tãtũ a pr̃e ſpaui?

Intrare maria præſertim tã recenti documento timẽda: & latrones ultro quærere: & cum præter uicarias manus nihil eſſet: nauigaꝛ uoto captiuitatis quis poſſet alius: q̃ qui paratus eſſet pro amico mori. Magnum hoc per ſe ac ſæculo noſtro uix credibile Iudices: Illud uero omni prædicatione maius: ad redimendum me profectus eſt: cum mẽdicaturum patrem ſuum ſciret. At qui ſperare poterat futurum: nt ſine periculo ſuo redimeretur nihilominus amicus: cum haberem diuitem patrem: ſed noluit ipſum itineris apparatum: & ne qua periret redẽptionis hora præceps cucurrit. Proh fidem deum hominumq; : quẽadmodum ad redemptionem amici feſtinat: etiam cuius pater lentus eſt? Terentium quẽ inter cæteros captiuos ſecundo punico bello Scipio affricanus uiculis exoluerat memorie tradidere maiores inſigni receptæ libertatis pileo teſtantem in triumpho ducis eſſe conſpectum. Et ille quidem maioris momenti acceſſio publicam ſenſerat fœlicitatem priuatim tamen debere ſe putauit uictoriæ beneficium. Quid me facere conuenit qui per maria latrociniis infeſta ſolus petitus ſum? Qui lucem: libertatem: deniq; quicqd patri debeo: nõ ignarus ut primo natalis hore tempore: ſed uidẽs: ſentiensq; acceperim: nec ſolum donatus his bonis: ſed ſũmis periculis liberatus ſum? Non ne me ex amici fide natũ & renatioribus beneficiorũ uinculis fatear eẽ cõſtrictum? Miſerrime amice fideliſſime ingratum me moriendo feciſti. Et quantulum eſt quod adhuc loquor de mea infœlicitate de pirratis? Leuis eſt iſta fortuna: hæc etiam nunc recipit moram. Solent expectare latrones redemptorem. In ludo fui: qua pœna nulla ulteriorem ſcellera nouerunt: cuius ad comperationem ergaſtulum leue eſt. Hoc ſi ſciſſes pater affirmo promitto cuius pietatis es: nemo te ante ceſſiſſet. Illa certum habeo expectas: ut dicam: morabar inter ſacrilegos: incendiarios: & quæ gladiatoribus una laus eſt: homicidas incluſos turpiori cuſtodia: & ſordido cellarum ſitu: iamq; ĩ eam ueneram fortunam: ut me uictũ

recipere non poſſes: uictorem nolles. Aderat hora ſuppli cii mei qua nuſq̃ morandũ. Iam præbendus erat iugulus & fundenda uita cum ſanguine. Neq; enim dubitare de euentu licet: exẽplar fati mei uidi. Si me ab his ĩminẽtibus malis pecunia redemiſſet. Beneficiũ tamẽ potius dicerem magis extimandũ eſſe q̃ prætiũ. Sed apud malignos inter pretes poſſet uideri uel ſpẽ ſecutus aliquã uenturi tẽporis: uel præſentis uoluptatẽ. Hoc admirabile & uni tantũ pie tati refferendũ eſt. Dedit beneffi ciũ quod nunq̃ reciperet: & cũ amicũ quem redimebat habiturus non eſſet: nihil ali ud emit q̃ honeſtã mortis conſcientiã. Tranſtulit ergo in ſe fortunam meã: ſubiitq; non ſolum fortiter: ſed ẽt liben ter id: quod mihi miſerũ putabat. Res dictu incredibilis gladiator dimiſſus: redẽptor occiſus eſt. Recepit pectore aduerſo ferrũ: & quaſi quã emitebat animã in meũ pectus traſſunderet: & hoc uno triſtis occidit: ꝙ amplius amicũ uiſurus nõ erat. Eant nunc antiquaꝝ conditores fabulaꝝ poetæ: & ſe ad exortandã amicitiæ fidem magna quædam cõpoſuiſſe carminibus putẽt: ſi dixerint aliquos ꝑ maria: terraſq; aſperiorem fortunam amicorum tantum ſæcutos: aut principẽ gratiæ uirum in ulctionem interfecti amici in auſpicata bella geſſiſſe: Nam inter fratres Illa quoq; maxime ãmirabilis: tamen alterna mors eſt. Vna fingitur cõiunx quæ iã perituri uitã mariti uicaria morte ſua redemerit. Adiciturq; miraculo fabulæ feciſſe hoc eam quod nõ præſtitiſſet pater. En indubitabile ſeculi decus: & fictis maius: ne moreretur pro me amicus: ſuum reliquit patrẽ: meum uicit. Et ſane quid profuiſſet feſtinatio patris: ẽt ſi ad redimendum me: prior forte ueniſſet? Hoc me præ tio nemo alius redemiſſet. Neq; uero plurimum fuit præ ſtitiſſe mortem: namq; interim ſpetioſo titulo bene uita pẽ ſatur. Illud uero exiſtimo grauius nomen gladiatoris ac cipe; ſubiꝛ dominũ laniſtã: minus te amice laudarẽ: ſi uiciſ ſes. An ille aĩmus rediret ĩ celulã: ferret ſaginã: miniſtrã: ꝑ ſonãq; deniq; ſcæleris? Mea depugnaſti cauſa: tua periſti:

Hæc tamen omnia ultima fortunæ nomina : ut mihi detra heret induit ſibi. Venit in harenam homo : nec ſcelleratus : nec infœlix : & quando Iudices hoc audiſtis ? Bonitate ſua gladiator factus ẽ. Vtinam iudices hæc quæ illi ſpecioſa ſunt : tã honeſta eſſent & mihi. Quotiens ad infœliciſſimum reſpexi ſenem : cuius orbitate uiuo : cũ confectum cladibus & tantũ penæ ſuæ reſiduũ conſidero : uerum fatendum eſt : pudet me præcii mei : uideo ſenem meliore ſui pte præſepultũ : omnis etiam ſpei ſupſtitem : orbũ deſtitutum. Illud tamen ſolatium eſt : quod niſi talem amicũ habuiſſẽ : hæc de te dicerent̃. Huic patri inuidioſa quædam ut opinor : & quæ beneficii morte penſetur criminoſa liberalitas contigeret egenti. Alioquin duo ægentes & circa omniũ uel ignotorum domos ſtipem rogabimus pariter. Si quis grandis natu parẽs eſt : miſerebit̃ ſenis : ſi qs iuuenis filius : miſerebitur adoleſcentis. Fortaſſe proderit mendicare mihi : ꝙ ipſe aliquando egentẽ pauperẽ alui. Accipe ſatiſſa tionem in quacunq; pte rerũ naturæ es amice cariſſime : nõ excidere mihi tua mandata : fortuna defecit opes auferuntur. Quod unum mihi relictum eſt : en polliceor patri tuo uicarias manus. Quid uis porro faciam ? Agreſtia opera delicatior quod a fortuna non didici ? Et quottidiani quæſtus operis duobus egentibus nõ ſufficit. Miſerũ me ſi exoluere fidẽ uoluero : fortaſſe mihi ĩ ludũ reuertẽdũ ẽ.

Argumentum.

Alæ tractationis ſit actio. Quæ amiſſum filiũ nocte uidebat in ſomnis : indicauit marito. Ille adhibito mago incantauit ſepulchrũ. Mater deſiit uidere filium. Accuſat maritum male tractationis.

Pro uxore contra maritum.

Vamuis Iudices inter eos qui liberorum mor/
tibus deſtituti: cuncta uota & præparatas ſpeſ
in ſenectutem ante ſe egerunt: id fere accerbiſ
ſimum certamẽ cõflictationis oriatur: ut unus
quiſq; luctibus ac lachrymis ſuis credat accedere quãdam
dignitatem: ſi miſerrimus eſſe uideat̃: hec tamen fœmina
neq; noto neq; publico genere miſerabilis: non ĩpudẽter ĩ/
ter cæteras matres: quæ aut unicos aut iuuenes pios filios
ꝑdiderunt: eminere & occupare quendã merentiũ princi/
patũ differẽtia nouæ calamitatis affectat: quæ ſola omniũ
ſupra fidẽ infœlix: ĩ uno filio iã alterã patit̃ orbitatẽ. Prio
rem ꝗdem illã ut cõmunem cæteris: Et fato accidentẽ for
tius utcunq; tollerabat. Nã & de filio nihil aliud ꝑdiderat
miſera niſi dies: nec iam timebat ne ille quo fruebat̃ mori
poſſet. Planctibus lachrymiſq; pene ĩprobe dixerim par
tius utebatur: nec ſibi ꝑmittebat dolor lugere uenientem:
Nunc deſtituta ſolatio ꝑſuaſione fraudata eſt: dum nõ pu
tabat periſſe quẽ poterat uidere: eripuit ĩgrata filio alterũ
titulũ. Miſer ille niſi teneret̃ iã & ad patrẽ ueniret. Tan
tum miſera petit ne minus ꝑdidiſſe uideat̃: q̃ ipſa deſide/
rat. Non inani ꝑſuaſione nec cogitationibus ficta lugen
tis umbra ueniebat: nec agitabat incertos leuis imago ſom
nos: ac ne cõfuſi ꝗ̃dem triſti cinere uultus: & infernũ fauil
la caput noctibus ſuis obibat: ſed filius erat qualis aliquã
do & iuuenis & pulcher habitu: nec aſpici tãtũ uideriq; cõ
tẽtus: uerum ſi quid deſiderio creditis miſeræ quæ ſola ui
dit: amplexus & oſcula dabat: & tota nocte uiuebat. Mul
tum ꝑdidit mater ſi cõtingebat hoc illi: nõ minus ſi uideba
tur. Nunc tenebras inanes & longas oculis flentibus no/
ctes: iuxta ſomnũ mariti ꝑuigil: & tantũ deſerta metit̃: nõ
deſiderio fictus aut fucatus habitu: nec ut ſoniorum uani/
tate cõſpicitur: ſed exꝑta non totum mori hominẽ illud qđ
nec flammis uritur: nec cineribus extinguit̃: nec urnis ſe/
pulchriſq; ſatis præmit̃: expectat. Nunc iſta carcere obſe
ratã animã: & repugnantẽ magico iuuenem cogitat ferro.

Infœlicissima omniū mater plus aliqd eē q̄ umbrā filiū putat: poſtq̄ potuit includi. Nec ſua tantūmō pœna ꝓprioq; ſupplicio deſerta cōſummit᷑: reſciſa orbitate uel magis cruciat᷑: ꝙ nō licet filio uenire cupiēti. Nūc barbaro carmine grauē terrā totis noctibus pulſat: & īpoſitū ſibi ſepulchrū quod nō poſſit euoluere: quæ ſolebat ipſos diſcutere inferos umbra mirat᷑. Miſer quē nō tantū uerba clauſerūt(nā forſitā ꝑ illa pertranſiſſet)ſed uīcula ferrea ſollidiq; nexus ad mortē reduxerunt. Quomō tenet᷑ infœlix: q ne ꝓpter hoc quidē uenit: ut querat᷑. Miſereor fœminæ cuius inuidiæ totū facinus aſcribit᷑. Maritus ſic filiū incluſit: tāquā ſe inqetari mater iſta quereret᷑. Igit᷑ Iudices nemo miret᷑: ſi ad tā crudelē & ad tam īmitē patrē umbra nō uenit. Sciebat lachrymas: ubi poſſet inuenire ſingultus: a quo magis deſideraret᷑. Namq; iſti ferreū pectus & dura præcordia: nec ſunt de orbitate ſenſus. Quid. n. inhumanius patre: qd inueniri truculentius pōt? Inuidit matri: ne filio frueretur: nec hoc ideo fecit qa uidere ipſe malebat. Ne uiuētem quidē adhuc & incolumen tā blanda: tāq; debita pietate proſequebatur: ut defuncto ſeruaturus affectū etiā ſepulti pater uideret᷑. Tanto magis effuſa mater & ſuis ac paternis uicibus occurrens: hæc pallidior ad metus: ad uota pronior non diebus ſecura: nō noctibus. Et ille miſer intelligebat utri promptior ex parentibus: & facilior eſſet affectus. Itaq; ab huius oſculis: ab huius fœminæ ceruice pendebat. Et quia longū eſt officia præterita debitæ pietatis agitare: Illo ipſo langore quo filius caducum illud & fragile corpus amiſit: q̄ ꝑdite mulier & uſq; in exēplum modo ſuper ora palentis infœlices lacerabat oculos: nūc ſicata fruſtra ubera querebatur. Nunc ſuperſtitē cedebat uterum. Notabat hæc ille deficiens: mandabatq; morti ſuæ cui periret. Vbi ſunt q cito iubent ſtare lachrymas: qbus non placet longum agere mœrorem? Retulit umbra gratiam matri. Scio & intelligo cum inter gementes iacet medium cadauer: & cum omnes uidetur remiſiſſe curas: tunc

ſentit aliquid & intelligit: & inter ſuos iudicat. Moneo te orbitas: moneo effuſius fleas: effuſius efferas: nūquā piſſe credas. Filii tui umbra cui non apparet: iraſcit. Iam gelidi piger corporis ſanguis omnes ī mortē ſtrixerat uenas: & nutantium fulgor extremus uaneſcebat oculoꝝ: & iam deſperantibus medicis crediderat pater: adhuc tamen ſperare mater uidebat: & quācunqꝫ corporis partē oſculis miſera tepefecerat: illi uitæ calorē rediſſe clamabat. oderat oderat ignes: reponi corpus & ſeruari mēbra cupiebat. Et nunc īfœlicem magis matrem pœnitet: qꝫ ſepultus eſt: qui poterat reuerti. Scitis ipſi quo exequiarum die labore extracta ſit: q̄ diu filium tenuerit a lābentibus flāmis. Vnde enī ſperaret ut poſtea uidere contingeret: ut extra orbitatē haberet oculos? Iam magnum miſera querebat: ut umbra euocaret. Reliqua mater infœlix Tu ad Iudices referre debebas: & niſi orbitate: niſi lachrymiſ uox mutaretur ī gemitus: Noctes tuas quāto melius tuo ore lugeres. Ego utcunqꝫ potero pferā: ſatiate miſera: ſatiare ſaltē memoria illius diei: quo exequias unici duximus. Iā planctus inquit lachrymaſqꝫ conſūpſerā: & tenebras ueluti ppetuaſ uenire gaudebā: Iam fattigata ꝓpinquorum officia deffecerant: Iam plangorem familiæ altus ſopor uicerat. Rogo ne qs tā contumelioſus ſit in matrē: ut p quietē contigiſſe filium dicat. Vnde miſere tunc: unde ſomnus? Nihil de te marite nihil queror. Satis magnas dediſſes pœnas: ſi totis noctibus mecū flere uoluiſſes. Vidiſſes utiqꝫ nō queādmodū tenues rerum imagines ſolent cogitationibus accipere corpus: cum uanæ abſenti animo cogitationes finguntur: ſed ipſum filiū qualis blandiſſimus erat: & ſi dimittatur uidebo. Subito ante me deductis conſtitit tenebris: non ille pallens nec acerbo langore cōſumptus: nec qualis ſuper rogos uidebatur & flammas: ſed uiridis & ſane pulcher habitu. Neſcio ubi totam reliquerat mortem non igne torride comæ: nec fauilla funebri nigra facieſ: nec uix bene cinere compoſito umbræ recentis igneus ſqualor. Proclama

ret mater infœlix etiã ſi talem uidere deſiſſet. Primo tãtũ ſtetit & ſe pmiſit agnoſci. Ego tunc plurimum ſtupui: non auſa oſcula dare: non iungere ãplexus: Infœlix primã pdidi noctẽ: dum timeo ne fugeret. Hanc tu marite pſuaſionẽ putas: & uanũ animi mei languentis errorẽ? Quicquid eſt in filio: plus apud matrem fit cum deſinit. Vis deniq; ſcire quid uxori tuæ detraxeris? Ex defuncto filio non habet aliud quod ſperet. Iã nox altera aderat: & primis ſtatĩ tenebris præſto filius erat: non ille ut pridie pcul: & tantũ uidendus: ſed audatius & propius & ad matris manus: tanq̃ corpus accedens. Nec iã niſi cũ luce certa: fugatiſq; ſyderibus: ĩuitus ille uaneſcebat ex oculis: multũ reſiſtẽs: ſæpe reſpiciens: & q ſe promitteret etiã pxima nocte uenturũ. Iam merori locus non erat: mulier filium nocte uidebat: die ſperabat. Quid attinet ſingula refferre. Nullis inqt deſtituta ſum tenebris: donec ſcellerata tacui. Satiabar oſculis: ſatiabar amplexibus: & colloquebar & audiebam. Miſera plus pdidi: ſi nemo credit. Iam cœperã tuã quoq; marite crudelis agere cauſam: rogabamq; iuuenem ut paternis oculis quoq; lætuſ occurreret: & tibi ĩgrate dimidia nocte cedebã. Iam miſer & ille pollicebatur: Hæc me fiducia pdidit: ut confiteter. Rogo quid tã muliebre: quid tã maternũ fieri põt? Gaude inquit marite gaude: filiũ fortaſſe nocte pxima uidebis: illũ quẽ crudelibus flammis exuſſiſti: ex quo cineres & oſſa ſupſunt: iuuenẽ uidebis & forte etiã die ſperes. Ego certe totis noctibus mater ſũ: uideo: fruor: iam & narro. Exitum paterni affectus quęritis? Filiũ uidere timuit. Sic magũ ptinus neſcia matre: cuius horrido murmure imperioſiſq; uerbis dii ſuperi maneſq; torquent: Excogitator iſte mortis alterius aduocat: nõ ut exorati manes deducerent: nec ut euocata nocturnis ululatibus undecunq; umbra pperaret: ſed tãquam parũ ſepulchra præmerent: & tumulorũ leue pondus eſſet: filius inqt meus nõ ſatis periit: adhuc fulgore ſyderũ fruit & nocte noſtra. Nã cum dies occidit: imponit morti ſuæ

finem: domū reppetit: & maternos territat ſonos. Iuueni aliqua: inueni uincla uerborū: ſed arte tota: ſed labore toto. Magna gloria tua eſt: ſi rettines filiū: q redit etiā a morte ad matrē. Noxium ſepulchro circūdatur carmen. Tūc horrentibus uerbis urna præcludit. Tunc primū miſer filius mors & umbra fit. Ite nunc & putate uana fuiſſe matris ſolatia. Filiū iſta: ſi cogitationibus & inani pſuaſione uidiſſet: adhuc uideret. At quæ ſupplicia ſuſtinuit īfœlix illa ſtatim nocte. Iā totā domū & familiā quies prima ſopiuerat: & tacentibus tenebris uenerat tēpus dulciſſimum matri: iacebat hæc inſonis inqeta: cū diceret iā ſtatim ueniet: iā ſtatim apparebit: nunq̄ tamē tardius uenit. Miſerā me fili pxima nocte iā ueneras. Ecce iā medios ſidera tenent curſus: indignor: iraſcor ita mihi demū ſatiſfaties: ſi apud patrem fuiſti: miſerā me iam maligna mūdus luce clareſcit. Quādo uenies? iā redire debebas. At poſtq̄ alteram: tertiāq; noctē deſerta uanis quæſtibus duxit: tū triſti ora lugubria: tū ſqualidæ magis placuere ueſtes: tū reppetitis ſanguinauere planctibus iam conualeſcentes lacerti. Nihil eſt infœlicius matre: quæ pdidit aliquid in filio poſt quā extulit. Cum uero cōperit noctes ſuas iuuenis neceſſitatibus magicis excantato periſſe ferro: q̄tum illa præfixū clauſumq; tumulū nudis cecidit uberibus: quo fletu ſæpulchra perfudit: quo gemitu audientē forſitan & exire cupiētem fruſtra uocauit animam. O natura crudelis: plus magum poſſe quam matrem. Vbi ſunt qui acerbas mortium neceſſitates: & ferrea iura fatorum: & īuictas: nec ullo mœrore mutabiles inanium leges querebantur umbrarum? Filium tuum mulier infœlix non impoſite inferius cluſere terræ: nec ſpiſſa perpetue noctis caligo compeſcuit: non fabuloſa uatibus palus: multumq; celebrati curuato igne torrentes: hæc permeabat: hæc omnia nocte tranſibat: leuioremq; mortem ſuam fecerat: quam ſi peregrinaretur & abeſſet. Et nunc minus mali pateretur: ſi non ſentiret. Ille qui non uenit: in quēdam carcerem traſlatus a tumulo pa

titur uenefficia uitæ. Magnæ ſunt ergo umbrarũ cathenæ: & quanq̃ uolatilẽ: uagamq; imaginẽ: morti ſtringunt: atq; alligãt: tanq̃ reum corpus animã. Ferro uero ac lapidibus arctare: & ut ſollent bellice robur accipere porte: ipſã umbrã iam cathenis alligare: iam clauſtris: nõ dico crudele ẽ: portentoſum nefarium utiq;: ſi hæc fatiat qui ſenſurum filium credat. Et nunc illos miſerrima mater ĩ corpus putat: & in membra deſcendiſſe mucrones. O mage ſæue crudelis: o in lachrymaſ artifex noſtras: uellẽ non debuiſſes tã magnum experimentum. Iraſcimur tibi: & blandiri neceſſe eſt. Dum cludis umbram: intelleximus te ſolũ eſſe qui poſſis euocare. Videtur itaq; mulier infœlix a dignitatis dolore ſecedere: ꝙ tamq̃ uxorias querelas ĩ forum: & tãquam delicata matronæ deſideria pertulit. Non enim ueſtes nec aurum: nec ambitioſos querit ornatus. Contẽta eſt orbitas ſordibus ſuis. Ac ne pelicis quidem dolore compellitur: nec tacita gaudia mariti impatientia & muliebri uanitate complorat. Sed nec relictum thorum deſertumq; genialem uelut contempta uilitas uxoris ulciſcitur. Alia longe: alia de noctibus cura eſt. Ne timueris: quæcunq; dignitas eſt magis doloris. Nihil queritur miſera niſi par orbitati: niſi matri dignum ꝙ publicos cõſũmat oculos: ꝙ ignotas quoq; exigat lachrymas. Quantam enim a marito acceperit iniuriam ſcire uultis? Sola mater filiũ perdidit: nec poteſt inuidiam facere morti. Ante itaq; q̃ ſciatis iudices quis dolor: quiſue mœror: que tanta impatientia eruperit: ut mulier aliquãdo dulcium oblita tenebrarum: clarũ nitorẽ publice lucis: & diẽ ẽt domi inuiſũ: in foro ĩterq; leges notabilis & ſæpulchris abſtracta pateretur: certum ꝓfecto habetis nõ audatiam neque impudentiam: nec uanitatem unquã querelas habuiſſe miſerorum. Quã uerum eſt quicquid exclamat calamitas: nec ab ĩfœlicibus ficti temere exeunt gemitus. Mulier que ſanguinantes ad iudicem porrigit lacertoſ: quæ ſciſo laniatoq; uultu quæ liuidis præfertur uberibus: magno dolore cogitur: ut hoc

potius agat: q̃ cineres oſculetur: q̃ complectatur urnam. Grauis teſtis querele ſuæ orbitas eſt: & anteq̃ ad genus illate iniquæq; iniuriæ uenio: cur marite: quæ ex te filium p̲didit quicq̃ poteſt quæri? Crudelis orbitatẽ feris adhuc alio dolore: tanquam parum deſideria cõficiant: quæ de unico gerit: non pateris animam uacare lachrymiſ ſuis tu: qui ſinum debes: qui colloquia & amplexus: q̃ miſera eſt quæ queritur: & de ſolatio ſuo non coniugis deſyderiis large indulget: nihil aſpere nihil contra uoluntatẽ. Habet priui legium ſuũ mater infœlix. Molles manus: & mitia fomenta magnis uulneribus admoueas. Quæ ſe adhuc ſecari plaga permittit in ſummo eſt. Viri forſitan quo modo fortior ſexus ſit: & contra dolorem quam imbecilis animus magis pugnat? Itaque totum iſtud lugere fœmineum eſt: & ſimul orbitas imbelle pectus inuadit. Animus ille qui luctu ſuos ſequitur: incipit indulgentiam ſen tire lachrymarum. Fidem tuam marite: coniugi flere liceat: ſatiare gemitu: orbitati permitte quam diu uelit flere. Odi patrem qui cum filium & ipſe perdiderit: putat nimis lugere matrem. Quid ergo quæritur inquit? Hoc primum: filium quomodo ſcælerate deſideras? Magno animo orbus es: loqueris fuiſſe mortalem: & interpretaris nihil ſupereſſe poſt flammas. Flet iuxta latus & plangit uxor: tu ſiccos oculos habes. Illa totis noctibus funebres exercet ullulatus: tu graues ſomnos: ac placidam quietem. Pater crudelis: pater immemor: quid uis tibi amplius obiiciamus? Ex quo perdidiſti filium: nunquam ſic deſideraſti: ut uideres. Quid quod eripuiſti matri ſolatium: puta uanum & ſuperuacuum? Nolo iudices: nolo corripias. Scires quantum eſſet hoc ſi tantumdem doleres. Res indignior non eſt quam ꝙ tibi de eo poſtulas credi: ꝙ non uidiſti. Indulge ſane uanæ rei. Ignoſce libenter: ſe orbitas decipit. Magnas calamitates uana ratio ſuſtentat: ꝙ indugent mala perſuaſionibus ſuis. Quicquid ad miſeros p̲tinet:

BIBLIOTEKA UNIWERSYTECKA POZNAŃ

crudelius eripitur: quo minus eſt. Clamat itaq; clamat ma
ter infœlix: ſi mihi aliquam imaginem filii mei: uel paruuli
uel iā adulti: uel nouiſſimā iuuenis aufferes: inicerē tamen
miſera tanq̄ corpori manū: illā ſimilitudinē flens tenerē: il
los oculos: illā gratiſſimam fatiem: & ritus oris expræſſos
& adumbratos artificis manu uultus. Sed illū pdidi: un/
de imago: unde ſimilitudo: unde ſolatium. Fili plus ho/
die amiſi: q̄ cum elatus es. Poſt mortē te tuam uidi. Si
me hercle notas ī corpore unici ueſtes ſubtrahere tēptares:
dicerem ſuccurre ſolatio meo. Hæc omnia apud me filii
mei membra ſūt. Ego oſculabor: amplectar: flebo ſupra.
Non eſt ratio fortaſſe. Ideo quicqd rationem uincit: af/
fectus eſt. Nihil eſt ſcelleratius prudenti orbitate. Leuia
inquit leuia loquor. Ego filium meū uidebam. Quæ nā
iſtum fortuna: quæ indulxerat conditio naturæ? Nō ex/
cludebat orbitas oculos tuos. Eras iam mater conſecuta:
ut iuuenem die abſentem putares. Maximam perdidit
mors acerbitatem: ſi poſſis uidere quem amiſeris. Vide
re ergo tibi contingebat o mulier uultum: habitum: cor/
pus: inceſſum. Non crederem niſi te perdidiſſe ſentires.
Tempora ergo cum morte diuiſeras: & ſuperſtite filio fru
ebaris omnibus tenebris. Quantum perdideris hinc æſti
ma: hoc tibi ſi non contigiſſet: non eras tam improba ut
optares. Aliquis (o pietas) ſæpultus & conditus cœteri
corporis cinis & fauilla: tamen corpus ſūmebat ī nocte: &
ad ſolida uiuentis membra reuocatus præmebat ſe matris
oſculis: qualem non crederes receſſurum. Nec queri de lu
ce poteramus: quantum licebat aderat. Videbas ergo
mulier ac præſētia fruebaris. Videbam inquit & fruebar.
Et ad quē ptinebat: rogo ēt ſi decipiebar? Sed qd ego utor
teſtimonio tuo? Mago credo: & uidiſſe te filiū & nūc nō ui
dere. At tu miſera nihil crudelius ex marito timebas: q̄ ne
tibi nō crederet. Nēo inqt oculis meis fidē detrahat. Fili ī
dulgētiſſime adoleſcēſ uidi te: nec ſemel uidi. Certū ē: fixū
eſt: eripi non poteſt. Quatenus impius pater & hoc tibi

aufferre conatur: ut te ueniſſe non credã? Nec illud garru
la nec uana uoce uulgaui: uenire te nulli indicaui: niſi q de
beret optare: ut hoc poſſes. Patri tantũ tuo patri. Igno-
ſce decepte: cõfeſſa ſũ: dũ interrogo: an te & ille uidiſſet.
Itaq; das mulier infœlix graues nimiũq; penas: effecit ma-
gus: ne filium uideres: & ſolũ apud te reliqt: ut ſolũ memi
niſſes quod uidebas. Totũ tamẽ illud ſolatiũ tuũ refer mi
ſera: ſi potes: & primũ cõfitere ſimpliciter: an ſoporis pon
dus illud: & neſciæ qetis uanitas fuerit. Apud me quidẽ
ſatis miſera ſatis eras mater infœlix: etiã ſi tale ſõnium pdi
diſſes. Miſerere inqt: melius de affectibus meis ſẽtias. Nõ
ego fatigata planctibus ſenſi ueniſſe noctem: uidere filiũ
puigiles meruiſtis oculi: ſed primũ dũ metuo: umbra pceſ
ſit. Subito dii boni: qd ego gaudiũ: quã uidi fœlicitatem:
cõſtitit ante me filius meus diſcuſis tenebris: ita dimittat
aliquãdo proſilii ptinus: & acceſſi: uultus comas ora pro-
ſpexi: meus erat. Quã lætum ſe q̃ hylarem offerebat: quo
modo pſuadebat mihi ne crederẽ morti. Scelerate neſcis
pr: q̃ ſimilẽ uiuenti filiũ cluſeris. Circũ ibant totũ corpus
oculi: nõ inueniebã qd ignis egiſſet. Subinde dicebã: hũc
ego extuli hũc rogo impoſui: ex hoc ego cinereſ & oſſa col
legi? Si talis eſt: qd habeo quod lugeã? Periſſe filiũ meũ
hoc uno intelligebã: q illum non poterã & patri oſtẽdere.
Cõfitebor primæ tamen nec ego credidi nocti: & tamq̃ ui
ctis iraſcebar oculis: & erubeſcebã miſera: ſi quies fuiſſet.
Ecce iter iuuenis: ecce iam quottidie uenit. Quid habeo
quod interpræter? Verũ eſt utiq;: quod ſemp eſt. Nouiſſi
me non tamquã umbra ueniebat: ſed aſſidebat: ſed ample
xus dabat. Ego ſentiebam & recipiebam. Quotiens do-
mus fuerat grato ſopore proſtrata: aderat ille quales hũa-
nis ſe oculis offerunt propitii dii: quale letiſſimum numen
eſt cum ſe patitur uideri. Sicut omnis religio templo-
rum omnis religio lucorum: cum tacuere mortalia: & pro
fanis procul errauere ſedibus totis: ſolitudĩe frui & de ſuis
dicitur exire ſimulacris: ita iuuenis meus noctibus to-

tis agebat filiũ:& paterna domo:ac penatibus ſuis frueba
tur: placidus & mittis & propitius matri:ut numẽ & deus
delabi ſideribus:& uenir̃ de liquido puroq; aere uidebat̃.
Q uid ĩprecær ſcelleratiſſimo patri:umbrã ꝓbar̃ uoluit.
Miſeremini Iudices:ut hoc facinus:ꝗbus debetis accipia-
tis animis:maius parricidio:maius q̃ ſi filii ſepulcrũ fundi
tus eruiſſet:& ſacratos morte lapides etiã cineres & oſſa re
ligioſe quieſcentia fracta ſparſiſſet urna.Aduocat̃ homo
cuius ars eſt:ire cõtra naturã. Q ui ſimul ore ſqualido bar
barũ murmur intonuit:fallere ſupos:audire ĩferos:tremer̃
terras(ut experimẽtis loquẽtiũ fama ẽ)cõſtitit iuxta tumu
lum miſerrimi iuuenis mors certior. Nunc opinor inquit
archana mea tenebræ adiuuate me digna: nũc omne per-
uiũ numẽ:& religio:quã iſti irrogo ꝓpius adeſte: ſuccurri
te. Magis mihi laborandũ eſt:q̃ cũ ſidera mũdo reuellun
tur:cũ iubent̃ hyberni fluuiorũ ſtare decurſus:cũ potenti
ore carminis ueneno uicti rũpuntur in mea ſtrumẽta ſerpẽ
tes. Cuſtodiendus eſt iuuenis:aſſignandus eſt inferis: &
denſioribus tranſfuga claudendus ẽ tenebris. Q uanto fa
cilius opus erat ſi reuocaret̃. Mox ĩ ipſã dicitur incubuiſ-
ſe pronus urnã:& ĩter oſſa:& inter cineres uerba cluſiſſe.
Hoc tamen ſubinde reſpitiens cõfitebatur: repugnat um-
bra. Itaq; carminibus non ſatis credo. Præfigamus om-
ne tumuli latus:& multo uinciamus ſaxa ferro. Iam bene
habet:expirauit aliquando non uideri:non progredi põt.
An mentiar:ſcies proxima nocte. Omnes mehercle paren
tes utiq; ꝗ liberos perdiderunt:ire in iſtos oculos: ĩ iſta ora
debebant. Tu ſic filium cluſiſti tuum: tanq̃ nocentes ad
inferos reuocari ſoleant animæ:quæ inter lugentium fami
liam:& triſtes pẽnatiũ morbos uagæ errãteſq; magica ſani
tate captant̃? Laqueo ne uitã damnatus eliſerat? Noxium
per ſua uiſcera exegerat ferrum? An ex conſcientia uenena
preſumpſerat: nec recipiebat ſe: niſi carmine incluſus?
Q uãdo domũ tuã funereus & ſqualidus: q̃do te terruit?
Crudeliſſime omnium pr̃: de filio tuo malã umbrã feciſti.

Q uas nunc putas uxoris miſerrime eſſe cogitationes qua materna uiſcera pſuaſione torqueri? Nũc filius meus illic unde uenire cõſueuerat iacet: ſtrictus: alligatus: impatiẽs. Q uerit ſubito terrã grauiorẽ: utiq; cũ ſẽtit ueniſſe noctẽ: q̃do umbræ fœliciores dimittunt ad matres. At uero ſi q̃ inter manes colloqa ſunt: & eſſe credo: non deeſt q iuueni mõ dicat: q̃ uilis tuis fuiſti: q̃ libenter te pdiderũt. Q uid illa mater: ad quã ire cõſueueras haſ tibi cathenas: hæc uincula ꝓ merito reddidit? Ita infœliciſſima oĩum mulier: & ſi magus recedat: hoc piclitat: ne filius ſe putet ueniſſe ad inuitã. Agit iã hoc loco nobiſcũ maritus: grauius: altius: ſapientius: ut hõ ſine dolore. Negat ullos eſſe manes. Cõtendit oĩa perire cũ corpore: nec remeare uiuentes a cinere ſenſus: nec tã uideri imagines hominũ: q̃ cogitari: & oculos luct bus credere. Q uod ſi ita eſt: magũ ad q d aduocauit? Peſſimæ parentũ: q liberos ſuos ſepeliunt flere contẽti: ut obiter ab rogo ſicciſ oculis reuertant: negat ad manes: negat ad umbras puenire quod plangas: affirmat perire lachrymas: affirmat perire ſingultus. O ſceleratũ hoĩẽ qſquis luget: & timet ne hoc pdat. Vana ergo ſapientes pſuaſione fruſtrati: q cõſtare hoĩes & pfici corporis clemẽtis animæq; dixerunt: corpus caducũ fragile terrenum ut ſicca humidis: calida frigidis: reſolutis ad ſtricta pugnarẽt: partim aut doloribus affici: aut nouiſſimis ãnis: aut ſenectute diſſolui. Animã uero flãmei uigoris impetũ perennitatẽq;: non ex noſtro igne ſũmentẽ: ſed quo ſydera uolant & quo ſacri torquent axes inde uenire: unde rerũ oĩum auctorẽ parẽtẽq; ſpiritũ ducimus: nec iterrire nec ſolui nec ullo mortalitatis affici fato. Sed quotiẽs hũani pectoris carcerẽ effregerit: & exonerata mẽbris mortalibus leui ſe igne luſtrauerit: peteſ ſedes ĩ aſtra donec ĩ alia fata ſæculo pugnãte trãſmigret: deĩde prioris corporiſ meĩniſſe: ĩde euocatos prodire manes: inde corpus & uultus: & quicquid uidemus accipere: occurrere ſuis imagines caras: aliquãdo & oracula fieri: & nocturnis admonere præceptis:

ſentire quas mittamus inferias: & honorem pcipere tumu/lorum. Rogo cum filius perit: non ne ſatius eſt hoc crede re? Tuæ tamen inquit hoc qeti præſtiti ne attonitis agi/tata terroribus: ſollicitas ſẽper ageres: ſuſpenſaſq; duceres noctes. Ita parricida cõmune facinus feciſti: & imputas q filium uider̃ deſiimus? Sũmũ. n. ãte petebamus: & placidũ ſoporẽ. Crudelis nunc inquieta nũc attonita mater eſt: nũc pdidimus noctes. Vmbram ne tu filii rem formidoloſam: rem plenã putaſti eſſe terroris? Quid illa lætius fatie: qd illo blãdius uultu: qd magis adulatur oculis: qd poſſunt uidere libentius lacrimæ? Non magis metuenda eſt umbra filii: q̃ cadauer. Neceſſe eſt ut mors horrida fiat aliena. Sed aliæ forſitan animũ imagines territant: & tũc inferi uocant̃: cum ignoti ſunt. Itaq; prudenter ſi tantum ad ſuos ueniunt. Scelleratus ille ille impius qcunq; defũctum filium uidit: & meminit q elatus eſt. Terrebaris inquit & ſolicitis noctibus laborabas. Ita ne es marite crudelis? Tu cluſiſſes filium: etiam ſi ad te ueniret? Nec magus inquit incluſit umbram: ſed pſuaſioni tuæ ſuccurrit. Ideoq; putas non uenire illum: quia nec ante ueniebat: qa nec factũ eſt aliqd in quo auocareris. Hoc ipſo incipit mater ſibi gratulari. Ita non tenet̃ inqt ille nõ præmitur: nullo carmine nullo ĩcluſus eſt ferro. Remouete ergo omnia: & interrogabo. Ego autẽ ſcelerata tam cito credidi: Ita non ille ad me ueniret ſolutus & liber: non ad hos oculos non ad hos pperaret amplexus? Quando enim me iuuenis ipſe niſi flentem: quando nõ liuidum pectus & ſanguinanteſ uidit lacertos: q̃do nõ erubuit matri feciſſe terrorẽ? Arte cludit̃ miſer: arte retinet̃. Quid uis carmina ãplius tibi præſtent? Effecerunt qd repromiſerant. Deſinis erubeſcere iã quod filiũ nõ uides. At tu cuius in leges dii ſupi maneſq; torquent̃: q nocturno terribilis ululatu pfundũ ſpecus: & ima terraꝝ moues: mõ ſeruientiũ reuocator aĩarũ: nunc ludices crudelis & inexorabilis cuſtos: aliquãdo præces & matris admitte. Paciſcere quãtilibet: totos lugẽ

tis poſcē cenſus: nō ut labores: nō ut horridū carmen exerceas: ſed ut ferrū tuum refigas: ut uerba tua reſoluas: ut nihil feceris: dimitte tantū & euocaſti. Nihil ipſe crudeliter: patri ſcio paruiſti. Sed & huius etiā lachrymis: planctibus huius indulge: cōſule famæ tuæ. Execrabilē te mage faties: & inuiſū: ſi facilius de filio exoraris ut includas. Nec tu marite nec tu timueris: ne ultricis umbræ uanis exagiterī terroribus: ullis imaginibus huic ſecura dabit̄ qes. Scit ad quā debeat uenire dimiſſus. Iuuenis piiſſime iuuenis indulgentiſſime: nūquā matri tuæ umbra nec manes: ſi mō ueneſſicum pōdus & terroribus omnibus uerba grauiora mago patiente diſcuſeris. Ad me inqt mater infœlix: ad meas noctes: ad meas lachrymas: ad illos uiuentes mihi ſemp amplexus: miſerere: propera. Scio quid mihi nocuerit: ſcio quid me torſerit. Fruar: & tacebo.

## Argumentum.

p Auper & diues inimici: utriq; terni liberi. Bellum incidit ciuitati. Diues dux creatus: profectus ē ī caſtra. Rumor ortus ē ab eo ꝓdi rē. pu. Proceſſit paup in cōtionē: & accuſauit diuitē ꝓditionis. Abſēte eo populus lapidibus liberos eius occidit. Reuerſus diues eſt uictor a bello. Petit ad ſuppliciū filios paupis Pr̄ ſe offert. Cōtradicit diues. Erāt. n. leges ut ꝓditor morte puniret̄: & calūniator idē pateret̄ qđ rus: ſi cōuictus eēt

## Pro diuite contra pauperem.

e Xpectauerā qdem ut de inimici mei ſupplicio non quereret̄: nec me decipi poſſe crediderā in ulctione: quā mihi debebat ciuitas tā liberi doloris. Sed quatenus eo malorū nouitate pueni: ut in uindicta primū mei cōſulere leges ac iura uelletis: quæſo ne quis ꝓdeſſe paupi uelit: qđ nec defendi pōt. Sine genere pene plus meret̄ pati hō: q(ſi ipſi credi

tis)debet occidi. Hoc ē q̄n imo iudices: ꝙ ſup omnes cala mitates meas ferre non poſſum: uidet̃ ſibi ſatis uixiſſe pau per: poſtq̄ occidit liberos meos. Operepræciū putat corā impatientia mea fœlicem cōſumare patrē: & gaudiorū ſuo rum ſacietati hoc quoq; adiicit: ut orbitatē meā liberis ſuis relinquat. Fidem ueſtrā iudices: ne pereat qđ ultioni meæ contigit bonus pr̃. Actū erat de ſolatiis meis: ſi liberos ſu os paup mallet occidi. Illud plane iudices ēt in hac paupe ris īpudentia miror: liberos meos pudore deceptæ ciuita tis occidit: deinde me crudelē uocat. Paruulos ſuos oſten dit: allegat tanquā nō ego potius querar hoc de quoq̄ pa tre fieri: nec ītelligit quantū debeat ad impatientiā noſtri doloris accedere: ſi paſſus ſum: quod & in ulctione miſerū ē. Facinus ē Iudices quenq̄ calamitatū ſuaꝝ īuidiā pati: ſic ultionē meam debetis aſpicere: tanquā & liberos ſuos pau per occiderit. Nec me Iudices fallit pleroſq; credere. Cal lidiſſimū paupem nec mori uelle: & hoc quod nudat iugu lū: pectus opponit: artes eſſe ꝓ uita. Sed ego illū nō cre do mentiri: ego q ſcio quid maluiſſē. Nunquā hoc aduer ſus nos excogitaſſet: niſi impatientiſſimus pr̃: & hanc pœ ne meæ ſuppliciorumq; nouitatē de ſua pietate cōmentus eſt. Nihil magis de inimico efficere uelis: q̄ ꝙ ipſe ferre nō poſſis. Habet hoc mali Iudices principiū īnocentia: ꝙ ini micos eſſe nobis: niſi poſtq̄ nocuerint neſcimus: & tūc om nibus patemus inſidiis: quotiens nos odit inferior. Ho mo q omnē aduerſus ſupiora rabiem de ſui uilitate ſūme bat: q genus libertatis putabat odiſſe maiores: nulla cari tate: nullis implicitus affectibus: ꝙ humilis: ꝙ eſſet abiec tus: in furorē ſe magnæ colluctationis exercuit. Primus ſe meū dixit inimicū. O dii deæq; cuius ego monſtri artes ꝑ tuli: ī cuius feritatis colluctatione duraui. Inimicū habui: neq; occidere cōtentū & mori paratū. Gratias ago ciuita ti: ꝙ in illis neceſſitatibus: in qbus nihil adulationi: nihil præſtabatis obſeqis: laudatus ſū teſtimonio piculorū. Bel lum mihi fatumq; publicæ ſollicitudinis credidiſtis. Sed

neq; ego rē melioris ducis facer̄ potui: q̄ q̄ſine liberis meis profectus ſum: nō reliqſſet illos dux ꝓditurus. Non puto Iudices adhuc queri unde falſarū ſollicitudinū fabulæ re/pente ꝓruperint. Quis primus trepidæ ciuitatis aures rumore cōpleuerit: cū uideatis qs ſic egerit: ut crederetis. Vidit hāc inter metus ueſtros occaſionē: & qa ſemp apud ſollicitos in deterius ꝓna pſuaſio eſt: abuſus eſt hoc quod poterat uideri timere uobiſcū. Igit̄ homo q nullum con/ſcium meum: nullū mihi crimen obiecit: de mendacii ma/gnitudine fidem ueritatis captauit. Ciuitas deinde cui ac cuſator ꝓditā ſe eſſe perſuaſerat: fecit quicquid hic de me facere potuit. Liberos meos quos inimicus tota ſua con tione monſtrauerat: occidit genere: quo peunt innocētes. Feretis me iudices liberius aliqua dicentē? Rem peſſimi exēpli paſſus erā: etiā ſi ꝓdidiſſem. Scio uos iudices hoc loco mirari innocentiā meam. Vt primū enim mihi cala mitates meas nuntius in caſtra ptulit: non arma proieci nō ſtationes uallumq; deſerui: totā orbitatem meam in bella conuerti: tanquā liberos meos ibi pdidiſſē. Si nunquā Iu dices in me habuiſſent profanæ cogitationes locum: ſi pa triā odiſſe uel pro liberis meis poſſem: proditorē me fece/ratis. Neceſſe eſt Iudices hoc primū reuerſus exclamem: Ita paup etiam nunc liberos habet? Adhuc inimici mei ple na domus eſt? O miſere cogitationes: o decepta ſolatia. Sic ego reuertebar quaſi uindicatus. Quas ego legionū ueſtrarum indignatiōes: quē fortiſſimi exercitus cōpeſcui dolorē: dū oībus ꝓmitto liberos ſuos: dū minus ꝓ uindic/ta mea puto: qcquid ipſe feciſſē. Cōgerant̄ iā licet aduer/ſus omniū mortaliū nocētiſſimū cuncta ſupplicia: ego ta/mē maximū ultionis meæ ſolatiū pdidi: quod pauperi uos potius debueratis iraſci. Quātū igit̄ adhuc cū paupe le/gibus ac iure cōſiſto: liberos eius in ſuppliciū patris peto. Quid ſatis īprecer hoīni: q fecit: ut quiſq̄ deberet ſic uin/dicari? Calūpniator inqt idē patiat̄. Permittūt mihi Iu/dices calamitates meæ queri de hac lege: tanq̄ par nobis ī

ultione proſpexerit: cõtra nos inuẽtus ẽ uindictæ modus: quo non debeamus eſſe contenti. Quiſq̃ ne mortaliũ idẽ uocat facinus & pœnã? Tantũ ne doloris uenire de ſuppliciis quãtũ de calamitatibus putat? Neſcit ꝑfecto neſcit q̃tũ patientiã paret mœrori: quãtũ aĩo mẽbriſq; rigoris inducat quod patiaris agnoſcere. Innocentia opus eſt: ut miſerum fatiat dolor. Cõſtet licet utrinq; mortiũ numerus: totidẽ nobis ultio cadauera aſſignet: plus tamen eſt de ĩnocẽtibus. Et q̇cq̇d patiunt̃ depræhenſi: licet ſolatio idẽ ſit: eq̃tate minus ẽ: ut idẽ ſit ſuppliciũ nocẽtis & facinus: una ratione efficias: ut illud ferre nõ poſſit. Fruſtra æſtimatis q̃ crudele q̃ ſæuũ ſit quod petimus: ĩ quãtũ exceſſerint uſitata genera poenaꝶ. Explicata ẽ Iudices explicata legis inuidia cũ q̇s quod patit̃ & fecerit. Quid q̇d hoc ſolũ ẽ pœne genus: ĩ quo nõ debeat nocẽs niſi q̇d ſe q̃ri: & tãto minus debeat eẽ miſerabilis: q̃to maior ẽ: q̇d patit̃ ĩuidia. Quid æq̇us excogitari: q̇d iuſtius põt? Graſſatus aliq̇s eſt ferro: præbeat & ipſe ceruices. Miſcuit noxiũ uirus: refundat̃ in ſuũ facinus auctorẽ. Oculos rapuit: effodit: reddat de ſua cecitate ſolatiũ. In nullo mortaliũ pferre poſſũ ſceleris ſui ĩpatientiã. Breuiſſima eſt iuſtitia uindictæ: cũ facinus mẽſura pœnæ ẽ. Et ſi naturã ultionis inſpitias: optime uindicat̃ q̇ſq; quomodo miſer ẽ. Fidẽ uꝛ̃am iudices: ne ideo tãtũ putetis iuſtũ: q̇d exigit reus q̇a ego recuſo. Nõ ferretis me paupis mortẽ petentẽ: ſi liberos ſuos obtuliſſet. Ex oĩbus tamen q̇cunq; incognita ĩ audita paſſi ſunt: nullos hac lege magis uindicãdos puto: q̃ quoꝶ liberos aliq̇s occidit. Quid mihi ꝑ hoc redditis leges: ubi reſpiro: ubi claudo gemitus: unde ſũmo ſolatiũ? Bene bene admones dolor: illos illos liceat inuadere: q̇ nũc magis amant̃: quos orbitas nr̃a cõmendat. Sic quoq; circũſcribimur: niſi totidem ſũt: niſi illis par ẽ: ac ſimul aetas: & ante oĩa optimus pr̃. Deceperas me fortuna: deceperas: ſi mihi tã grãde feciſſet facinus hõ: q̇ liberos nõ haberet. Quid q̇d ex omniũ ſcelerũ cõperatione nihil ẽ deteſtabilius hoĩnibus: q̇ leges ipſas

faciunt nocentes? Veſtro me hercle noīe calūniantibus de betis iraſci: quorꝫ nefas nō pōt niſi p̄ iudicū facinus īpone re. Actū ē de rebus hūanis: ſi de criminibus noſtris: tantū dē mēdaciis licet: nec ullus īnocens hucuſqꝫ fœlix eſt: ut di ligentiæ fingentiū par ſit. Q uēquā ne mortaliū in re quā finxerit quā cōpoſuerit: īuenire aliq̄d quod pōt ꝓbationē uocare & facinus explicare facilitate uerborꝫ? Magis ode ris mendatium: cū ſimile uero ē. Q uotiens manifeſtū eſt aliquē periſſe ſine cā: calūniātibus iraſci debeas: ut poſſis illis ignoſcere q crediderunt. Adiicite huic execrationi ꝙ calūniatus eſt in bello: ꝙ de ꝓditiōe: ꝙ de duce: ꝙ hæc oīa fecit inimicus. Nō eſt ꝙ ſe publico tueatᷣ errore: nec in ex cuſationē afferat: tanq̄ crediderit & ipſe fingentibus. Ne mo ſic decipitᷣ ut de inimico ſuo mētiatᷣ. Rumor inq̄t fuit te ꝓdidiſſe. Bene admones. Hunc primū calūniæ tuæ ob iicio rumorē. Q uis enī iudices neſciat hāc famæ eſſe natu rā: ut ſit primo unius hoīnis audatia? De nulla re locutus eſt cōtinuo populus: nec q̄cq̄ adeo ſubito ſtatīqꝫ totū ē: ut in illo pariter omniū ſermo cōſentiat. Q uā nō poſſit mo uere ciuitatē quē nō replere populū: ſi q̄d oībus nobis nar res: in nullo nō cœtu loquaris: & de re quā tū maxīe fingas iam dicas eſſe rumorē? Q uāta tibi deinde mētiendi mate ria de periculorꝫ noſtrorꝫ occaſione ſucurrit? Nihil ē tā ca pax malignitatū ſermonūqꝫ: q̄ bellū. Q uid intereſt unde ſūpſerit rumor ortū? Q uod negari nō pōt: tu cōtionaris: accuſas: tu crimē de fabula facis. In rumore cuius ꝓbatio nes: cuius argumenta nō habes: calūniæ genus ē primū cre dere. Sed inq̄t mori debeo: q̄a lex qua te accuſaui hoc ꝓ ditorē pati iubet. Poterā q̄dem breuiter reſpōdere: legem quæ calūniatorē idē pati iubet: eius pœnā exigere q̄d feciſ ſet: nō q̄d facere uoluiſſet. Fingamus tamē nō hoc pauperē captaſſe q̄d accidit. Cui debet īputari exitus: q̄ de calūp niæ tuæ fluxit errore. Vultis ſcire Iudices aliud quæſitū q̄ ꝙ lex quæ mori iubeat? Accuſauit me eo tēpore quo non poterā dānatus occidi. Dic nunc: nō ego effeci ut occide

rentur liberi tui: & aude ciuitatis illud uocare facinus. Nõ
tamẽ ullis efficies artibus: ut nõ potiuſ miſerear rei. p. meæ
nõ minus & illa facinus ẽ paſſa q̃ pater. Coacta ẽ liberos ĩ
peratoris uincẽtis occidere. Fallit᷑ iudices ꝗſqs ullũ faci/
nus ĩ rebus hũanis publicũ putat. Perſuadentiũ uires ſũt:
ꝗcquid ciuitas facit: & quodcunq; facit populus: ſecundũ
quod exaſperat᷑: iraſcit᷑. Sic corpora nr̃a motũ: niſi de mẽ
te nõ ſũmunt & ocioſa ſũt mẽbra: donec illis animuſ utat᷑.
Nihil ẽ facilius q̃ in quẽlibet affectũ mouere populũ. Nul
li cũ comius ſua cogitatio: ſua mens ulla rõ præſto eſt: nec
habet ulla turba prudentiã ſingulorũ: ſiue ꝙ minus publi/
cos capiunt affectus: ſiue negligentior ẽ ꝗ ſe nõ putat ſolũ
debcr̃ rationẽ: & multi fidutia facimus oĩum. Q uã nõ poſ
ſit rem. pu. . turbare: cõfundere: ſi quis repẽte ꝓclamet: ꝑ
didit uos imꝑator ur̃: addixit: & nunc ille liberos habet?
Si me hercle poſt hanc inimice uocẽ tẽpla mõſtraſſes: ſacri
legũ cõtinuo flagraſſet incendiũ: ſi conuelli ſimulachra uo
luiſſes: feciſſet omne de numinibus ſuis facinus audatia.
Vis ſcire tuũ eſſe ꝗcquid ciuitas fecit? Gloriareris illo: ſi ꝑ
didiſſẽ. Non eſt iudices ꝙ uos a grauitate iuſtitiæ dolor ul
tionis abducat: ꝙ mortẽ ſuã inimicus offert. Nõ petit il/
lud: niſi ꝗſquis ipſe non debet occidi. Sepoſita igit᷑ pau/
liſper lege mei doloris: hoc tantũ ab affectibus nr̃is omniũ
mortaliũ nomine peto: ne cui nocẽti pœne præſtet᷑ arbitri
um. Infinitã iudices ſceleribus aꝑitis audaciã: ſi pœnã li/
cet eligere cõdemnato. Nec iã ullã mortaliũ innocentiam
trepidatione cõtineas: ſi patit᷑ depræhenſus ꝗſq; quod ma
luit. Leuat oẽs cruciatus omnẽ dolorẽ præparata mentem
cõpoſuiſſe patientia. Fallit᷑ ꝗſquis humana tormenta ſo/
la nominum atrocitate metitur: nulla pœna eſt: niſi inui/
to. Non habemus ullum: niſi ab impatientia dolorem: &
ut aliquid crudele ſæuum ſit metus fatiumt. Supplicium
quiſquam uocat ad quod proſilitur: quod expoſcitur:
quod circa ſe non habet moras? Illo per fidem: illo trahi
te damnatoſ: quo non ſequãtur. Tunc ẽ pœna: cũ ꝑiturus

trepidat: heret: cũ reſtringit ſupremo uincula conatu. Vo lo perituri prius uidere pallorẽ: audire gemitus: uolo circũ ſpiciat: uolo querat. Fidẽ ueſtrã iudices: ne nocẽtibus ſup plicii ſui cõtingat electio. Minus iniquũ ẽ ut euadat nocẽs pœnã: q̃ ut contẽnat. Mortẽ uero dãnatis qſqs præſtat: in dulget: nec ſunt alia beneficia pœnaꝝ. Fallit qſquis illam uelut oĩum ſuppliciorꝝ ſũmã putat. Occidi nõ ẽ pena: ſed exitus. Neq;. n. hẽt ĩpatientiã aut dolorẽ qđ poſſis aſpice re: quaſi fatũ. Quid ſi liberos reliquas: imo ſi ſerues: q̃ fœ lix exitus ẽ plenuſq; letitiæ? Lucrifacit mortis atrocitatem: qſquis laudatus occidit. Me inqt occidite. Non hẽt libe ros inimice nõ hẽt: qſquis hoc te uelle mirat. Sæue crude lis ego tibi pmittã mori? Vt q̃d iã mihi melius optẽ? Vides q̃tũ feceris nefas? Idẽ ꝓ liberis meis offerre non potui. Tu uero paruulos tuos tene: ut in iſto potius moriant ãplexu. Tu nũc quoq; nõ euades nõ effugies. Quacunq; te duxerit orbitas: ſequar: effundã: ſi qđ paraueris uenenũ: ſubtrahã õe ferrũ: incidã quoſcũq; ſtrinxeris nexus: ab oĩ reuocabo præcipitio. Etiã occiſis liberis tuis nõ idẽ patieris inimice niſi uixeris. Nec uereor iudices: ne putetis utriuſq; noſtrũ orbitatẽ ſimili eſſe ratione tractandam. Admonentur ec ce contra lachrymas meas liberi: quos nemo noſſet. Patris innocentis occiſi ſunt paruuli: quos nunc circa templa fer retis: circa quos ſe celebraret ura lætitia. Facinus iudices eſt minorem eſſe tranſactarum mortium miſerationẽ. Nõ inuenio quẽadmodum liberis prodeſſe debeat odium pa tris. Perierunt etiam illi quorꝝ nec pater debebat occidi. Me miſerũ: ꝙ ſic quoq; multa habiturus es: q̃bus ego qui uindicabor inuideam. Oſculaberis ãte perituros: alloque ris: accipies ſuprema mandata & moriturum te conti nuo promittes. Exonerabis gemitus tuos: cum eorum ſepulchra numerabis. Siccabit oculos ꝙ meam nunc quo que reſpicies uacuã domũ. Me miſerũ paupis tãtũ ſolatiũ futurꝝ ẽ: ꝙ pares ſumus. qd qđ ĩ ipſa compatiõe mortis nõ idẽ patiẽt liberi tui? occidẽt uno fortaſſis ictu & erit ultio

manibus cõtenta carnificis. Paruulos meos occidit q̃cqd fuit tota ciuitate telorũ: omnis ſexus: omnis aetas omnis ĩfirmitas. Nihil ẽ crudelius morte hominũ: quos populus occidit: & ſolus hic exitus: a quo nõ eſt nec cadaueribus ſalua reuerentia. Hoc me nunc cõplorare tantũ putatis: ꝙ non ſim liberis meis ante ſatiatus? Miſer ego nec ad cada/uera acceſſi: nõ in ſepulchra maiorũ meis manibus intuli: nec licuit ſuper ipſa corpora proclamare: nõ feci. Qualẽ ego illũ patria pdidi diẽ: cũ duces ab explicito bello reuer/tunt̃. Non me me letæ cinxere legiones nõ effuſi obuiã ci/ues triumphali circa currus meos exultauere lætitia: ſeque/bar captiuos meos: triſtior uictor: mœſtus undiq; claude/bat exercitus: occurrentiũ lachrymæ ꝓpinquoꝝ & erube/ſcẽtis circa me populi timida ſolacia. O ſucceſſuũ quoq; noſtroꝝ miſera cõditio. Ergo ego uictoriã meã nõ narra/bo ſine fletu: nemo ꝓpĩquoꝝ amicorũq; corã me de bello meo loquet̃. Nihil ẽ crudelius calamitate: quã gaudia re/ducunt. Quotiens redierit ille lætus uobis ĩ ſupplicia mea dies: lugubres mihi ferte ueſtes: renouate ſeruuli plãctus: parate ſolatia ꝓpinq. Nulli liberi ĩpatiẽtius deſiderant̃: q̃ q ꝓpter patrẽ uident̃ occiſi. Sed ueꝝ Iudices fatẽdũ ẽ: timeo hercle ne par ſolatiis meis nõ ſim: ne me iſte ꝑ quo li/beris iraſcor affectus: in media ultione deſtituat. Sed ad/iuuate miſeremini ꝓpinqui: adiuuate amici: & ſi forte de/fecero tu ultionẽ meã popule cõſuma. Timeo me hercle ne cũ carnifex ꝓpius acceſſerit ſubito ꝓclamẽ: iã malo patrẽ. Sed ſi qs ẽ pudor: oculi differte lachrymas: abite gemitus horridũ trucem debeo præparare & miſerũ. Depræhendã oĩum mortaliũ callidiſſime hũc: quẽ ſimulas: quẽ nũc imi/taris affectũ. Tũc ſciemus quo aĩo rogaueris: ut potius ip/ſe morereris. Sed ſi bene noui capax oĩum maloꝝ ſceleꝝq; pectus inimice uiueſ: & libẽter & fortiter: & q̃ſi uidicatus.

Argumentum.

Vm ciuitas fame laboraret: miſit ad frumẽta legatũ: præſtituta die intra quã rediret. Profectus ille emit:

& ad aliã ciuitatẽ tẽpeſtate delatus dupplo uẽdidit: & dupplum frumẽti modũ cõpauit. Illo ceſſãte corporibuſ ſuoꝝ paſti ſũt. Reuerſus ad præſtitutã diẽ rei. pu. leſæ accuſat᷑.

Pro ciuibus contra legatum.

q Vamuis Iudices innumerabiles me indignãdi cauſæ initio ſtati actionis ſtrangulẽt: quia nec dicere uniuerſa ſemel poſſũ: nec gregati erũpẽtes differr̃ gemitus (Leuior eſt. n. dolor q̇ diſponit᷑) Primũ tamen ille ſibi aſſerit locũ: q eſt ex hoc iudicii tẽpor̃: & tam lentæ uindictæ dilatione ortus animi mei ꝑpe dixerĩ furor: ꝙ hoĩem tã ſceleratũ: ut nos quoq; fecerit nocentes: legibus accerſimus: ꝙ defẽdi patimur: ꝙ ut puniatur præcamur: ꝙ dãnatus quoq; uel morte defũget᷑: quã nos in illa funeſtiſſima fame: dũ ſepelliri licuit: optauimus: uel exilio qđ hic quãtoꝑe contẽnat apparet: q̃ tã lẽte in patriã reuertit᷑. Q uãquã de quo exilio loquar? Q uãtalibet ignominia dimititte domo notatũ: habet quo eat. Nõ publicis manibus exeuntẽ diſcerpſimus: nõ (quãtũ ſemel cõſueramus: & bona fide feraꝝ eſſe ciuitas cœperat) hic primus nobis ex tam tardo commeatu placuit cibus. Sic enim iſtum laniari: ſic confici: ſic conſũmi opportuit iure noſtro. Q uis credat: ego me ab hoc abſtinere potui: cum & exurirem & iraſcerer? Sed frumento occupati ſumus nec quicq̃ aliud uidemus. O quanta es fames: quæ tam grandẽ iram uiciſti. At ego etiam ſi talis ultio contigiſſet: ſi me a nephario graſſatore rei publicæ non lingua: ſed dentibus uindicaſſem: nihil tantum ire nihil uindictæ præſtiteram: hoc & meis feci. Aeſtuant adhuc intra pectus ſepulta uentribus noſtris cognata uiſcera: & tumeſcere intus atque indignari uidentur: & ſera pœnitentia redundant. Iam enim uacat nobis lugere: iam cibos noſtros efferimus: uiſcera cremamus (nam cœtera nobiſcũ ſæpellient᷑) O fames inaudita: ĩ qua leuius ẽ ꝙ exurimus.

Ignoſcite tamen uiolati manes meoꝝ. Hic uos alloquor: ignoſcite ꝙ ora temerauimus: ꝙ ab hoīe deſciuimus. Nō ut infœlicē animā ſuſtineremus: nō ut inuiſū ſpiritū ꝓducceremus: fecimus. Vna cauſa mortē diſtulimus: quod ſi expiraſſemus: idē timebamus. Et ego qdem me cōſūptis excuſo: q mihi ipſi iraſci nō poſſū. At iſte interī ſtat: ut uidetis: lōga uia ſaginatus & ſatur: atq; habundans publico cōmeatu: ad mētionē ciboꝝ noſtroꝝ: plenū faſtidio uultū trahit: & exangues ac pallidos ad calculū uocat: quaſi ego non cōfitear illū etiā nimium multū attuliſſe. Tā pauci rari p uias interlucent: & q̄uis odio euerſoris noſtri euocatuſ e latebris ſuis populus: ſubſelia nō implet. Pauci ſceleribuſ paſti: alienis mortibus ſalui: ꝙ uiuūt ipſi ſibi rei graues: egra & tabida mēbra in publicū ꝓtulerunt. Hæ ſūt ciuitatis reliquiæ quas uidetis. Sic tabuimuſ: ut miſeri nec uiuoſ habeamus nec mortuos. Hic ē populus: hæ uires: hæ ſpes: hæ opes. Niſi tādē ad uadimoniū legate ueniſſes: nō multorū dieꝝ cōmeatū habebamus. Quo nūc tantū frumēti: quo claſſē cōmeatu grauē? Multū hercle negotiatione tua actū eſt. Frumentū hēo: populū nō hēo. nuſq̄ ꝓdeſt: nuſquā opus ē. Iā licet uēdas. Dū tu ſalutiſ publice nūdinator ꝓximū quemq; emptorē dimittis: dum aut funera noſtra uendis: aut ſcelera: dum populo tuo fame moriente alienæ ciuitati legatus es factus: nos interim cibos ex malis inuenimus: & fames ſe ipſam pauit: & miſeriæ noſtræ crudeles facte ſunt. Patiamur te defendi: ſi abſolui ſaltem nos poſſumus. Hæc nunc Iudices ego ſolus queror: ad me magis pertinent: aliquid proprie paſſus ſum: non communem dolorem accuſator habeo cum Iudice. Quiſquā in hac uindicta alteri cedit non publica inopia: non totius populi una mendicitas fuit. Niſi quia funeſtas epulas & nepharios inuenimus cibos: Non putamus famem fuiſſe. In omnes gentes: in omnia uentura ſæcula proſcripti ſummus. Omnes hæc prodigia narrabunt: omnes execrabuntur: niſi qui non credent.

Famam ipſã infamauimus: &(quod miſeris ultimũ ẽ)miſe rationẽ quoq; pdidimus. Adhuc tamẽ una defenſio fuit ꝙ uidebamur in hæc omnia iſtius opera impulſi. Si hic inno cens ẽ: noſtra culpa eſt. Etiã ne publica mala narrabo: & miſeriis noſtris cõuitiũ faciã? Exibunt uerba ſubſequet̃ ſermo non alligabit̃ lingua? Plane nihil nõ poſſumus. Ex ponamus ordinẽ cladis nr̃æ: & ſimpliciter omnia indicẽt̃. Decet iſta noſtro ore narrari. Sed nouimus & nimium me minimus: Iudex doceri nõ debet opinor: reo indicẽda ſũt: q a malis publicis affuit: q hoc certe maximũ debet patriæ ſuæ beneſſicium: ꝙ a fame ſolus dimiſſus eſt. Audi itaq;: audi frumentũ iſtud quod lucri feciſti: quãti nobis cõſtet: Aliquis fortaſſe iudices mirat̃ etiã ſi huius feralis anni fru ctus ceſſauit: ꝙ tamen illa ſuperior longi tẽporis beata fœ cunditas tabuerit: & ſecũ iſte dubitat: qd ſit ĩ cauſa cur ci uitas oppulenta quondã nihil frumenti niſi in ſpe habue rit. Sic fit ubi uicinis ciuitatibus uendimus: & undecũq; offulſit lucrũ ſine reſpectu ſalus publica addicit̃: & in ua cuã poſſeſſionem fames uenit. Etiã ſi quid reſſidui erat: ut carius qdã uenderent ad annonæ incendium ſuppreſſũ ẽ. Teſtor tamen conſcientiam ueſtram: non ſumus queſti q̃ diu dupplo emebamus. Non enim uulgaris illa labes fru menti fuit: nec qualis alias ab agricolis accuſari ſolet per fidia terrarum: & ingratæ meſſis irritus labor. Noua & inaudita abominanda lues: quæ nihil homini reliquit præ ter hominem. Aut aſtricta citra conatum ſata: ſub ipſis ta buere ſulcis: aut leui rore euocata radix in puluerem incur rit: aut peruſtis torrido ſole herbis moribunda ſeges pal luit. Nullus imber ſitientis ſoli puluerem terſit. Nulla ſuper arentes campos ſaltem umbra nubium pependit. Ca lidi ſpirauere uenti: maturitatẽ præcepit æſtus: etiã ſic ubi forte ieiunæ herbæ ſolũ uicerãt: uanis tãtũ ariſtis ſpẽ feffe lerũt & inanes culmos triſtis agricola iactauit uẽtis nihil re licturis. Leuia q̃ror prata exaruerũt: pierũt frõdes: germi na nõ exierũt: nuda terra & rudes glebe & aridi fõtes erãt.

Niſi hæc omnia inter ſcientes dicerem: poteram uideri fal
ſo queſtus de hoc ãno quo tantum frumenti uendidimus.
Vtinã ſaltem nobis rudem uictũ ſiluæ miniſtraſſent: & car
pere arbuſta: concutere quercum: legere fraga licuiſſet: &
quæcunq; primi mortales ante traditos diuinitus mitiores
cibos contra famem obiecerunt peſtifer annus reliquiſſet?
Non erã delicatus: ſed o triſtis recordatio funeſta neceſſi/
tas: nihil habuimus quo uiueremus præter famẽ. Nec ta
men in totum queri de numinibus poſſumus maria certe ſe
cunda experti. Si uoluiſſet ſeruare legatus diem: quem il
li fœlicitas tẽporis dederat potuit nobis afferre. Vt pri/
mum tanti mali ſenſus in ciuitatem percrebruit: cũ iã urgen
te inopia quottidie malũ arctius præmeret: & præſẽte for
tuna peior tamen eſſet futuri metus: apparuit nullũ ex pro
pinquo eſſe præſidiũ: cum finitimas quoq; ciuitates incen
diũ noſtrum aduſſiſſet. Erat quidẽ aliqd in uicino frumẽ
ti adhuc: ſed iam nemo uendebat. Ergo ut uidimus ſalu/
tem publicã trans mare petendã: ſe in curiã quiſq; cogunt.
Vt arma bello: ut aqua incendio inclamari publice ſolent:
ita uno quodã conſenſu non ætatibus ſpectatis: non hono
tibus: pariter retulimus: ꝓbauimus: decreuimus: pedibus
manibus iuimus in ſententiam neceſſitatis: nec ordo nos
officiorum moratus eſt. Legationẽ multi pollicebantur:
nec innocentiæ iſte benefficio uel auctoritatis meritorũq;
reſpectu ellectus eſt. Vna cauſa nos mouit: ꝙ ſe cito redi
turũ pollicebat᷑. Pecuniã ſine numero infudimus: frumẽ/
tum ſine modo mãdauimus: quantũ potuiſſet afferret: fe/
ſtinaret mõ. Hoc una uoce ſupplices adclamabamus: ac
ne moraremur ne hoc qdem diu rogauimus: una tãtũ uox
fuit: quã iſte ꝓ quodã præiudicio amplexus eſt. Nihil agis
afferendo frumentũ: ſi poſt illũ diẽ ueneris. Noſtris mani
bus legatũ ĩ nauem tulimuſ: ac ne qd moræ eſſet ꝓ ſua qſq;
portione ẽt cõmeatũ dedimus: retinacula incidimus: & li/
tus ingreſſi claſſẽ publicis manibus ĩpulimus. Inde fugiẽ/
tia uela lõgo uiſu ꝓſecuti: facilẽ emptionẽ: ſecũdos uẽtos:

placidũ mar̃ nõ ſecus ac ſi ipſi nauigremuˀ præcati ſumus. qs credat hoc ꝗ tã miſeris? Oĩa a diis ĩpetrauimus. ſ. unũ ſupeſt: ut ꝑ aliena ciuitate uota ſoluenda ſint. Cito pue-nit: cito emit: cito rediit quo uoluit. Quid ꝓdeſt expec-tare? Alia ciuitas prior eſt: & ſane religioſus legatus diẽ ex pectat. Nos ĩterim coacta primo ex agris pecora diripui mus: & ne uẽturo ſaltẽ ãno ꝓſpici poſſet: nõ reliquimus q̃ ararent boues. Iã ſeruis fugas ĩperauimus iã ꝓcũbentes an te limina principũ paupes ĩ ipſis præcibus expirant. Plo-rãtibus liberis legatũ ꝓmittimus. Iã tantũ ſibi qſq; cura ẽ. Nihil tamẽ hoꝝ ẽt nunc ĩ inuidiã legati queror: adhuc pri or curſus ẽ. Hactenus nr̃a mala tulimus: ĩ reliqua nos lega tus uicarios dedit. Si quicq̃ tibi humani ſanguinis ſupeſt (niſi nimia ſaturitate alienæ fortunæ cogitatõ excidit) reſ pice patriæ caſũ: reſpice grauiſſimã fortunã. Miſeri te mi-ſimus: expectãt pallidi exangueſq; ciues tui: & qcqd extre mi ſpiritus adhuc ſupeſt ſpe tui trahitˀ. Figura tibi exeſos uultus: decreſcentẽ populũ: iã præmortuas uires: nec qcq̃ hoꝝ potes ignorare: ſi qd tibi credimus: fame laborantem ciuitatẽ uidiſti. Feſtina dũ ſupſũt: qbus legationẽ renũti-es. Feſtina dũ mori ultimũ ẽ: frumẽto digni ſumus. Quid in nos cõuertis ẽt alienæ ciuitatis famẽ? Quatenus nobis cõputandũ eſt: pp te dupplũ mali tulimus: tu ſupra frumẽ tũ publicũ ſtertis: & omnes maris circunuectus oras: litto ra portuſq; cognoſcis. Tu inter duas ciuitates fatorũ arbi ter: alienæ cõditor: tuæ euerſor: ſalutẽ noſtram peregrinis admetiris: & ſecunda tẽpeſtate in patriã ferẽte contrarios uentos exoptas. Nos parentes effuſi cãpos morientiũ her barũ radices uellimus: eo qdem fortius ut ſi fieri poſſit in uenenũ incidamus: ſubeuntes inſolitis cibis. Et ſicubi for te uberius paulo pabulũ cõtigit de paſcuis rixa ẽ. Amaros fruticũ cortices & ramoꝝ male arentiũ pallidas frõdes de cerpſimus morbida nam qcquid fames coegit: corpus ad-miſit. Iã paſſim moriunˀ: & peſtilentiũ more pecudũ ſub inde aliqs ex populo in ipſis paſcuis procumbit. Crebrior

quottidie interitus: & latior ſtrages: & me miſerum: iam fa
mes deſerit. Quos teſtor deos? Superos ne quos per tan/
tũ nefas fugauimus? An ĩferos: quos nobis pmiſcuimus?
An noſtrã malã conſcientientiã: oĩa nos ante feciſſe: quæ
nemo præter nos fecit? Pecora cecidimus: cãpos euulſimuſ
ſiluas deſtruximus: nouiſſime nihil relictũ eſt: præter exu/
rientes & mortuos. Si qua eſt fides: libenter hanc partem
accuſationis ſubinde differo: adeo ubi tantũ nefas narran
dum eſt: etiã exigua tẽporũ lucra ſectari libet. Et neceſſe ẽ
reo iudicare: q a malis publicis abfuit: q̃multis non ad diẽ
uenerit. Ignoſcite dii homineſq; ſceleri qdẽ ultimo: ſed ta/
men quod feciſſe miſerrimum eſt. Non habitãt una pudor
& fames: & cũ ſemel intrarit impotens domina: feras etiã
& ingentes belluas ſubigit. Terram morientes momorde/
runt. Me metipſum: ſi nihil fuiſſet aliud comediſſem: ſed
confitendũ eſt: legati benefficio non defuit. Poſtq̃ omnẽ
patientiã uicerat ignea fames: poſtq̃ ſpes quoq;: quæ miſe
ris ultima eſt omnis abierat: & frumentũ totiẽs ſibi fruſtra
ꝓmiſſum aĩus iã ne cupere quidẽ audebat: ſubiit furor: &
alienatio mentis: & tota ſui arbitrii fames facta eſt. Ani/
mus malis diriguerat: os inſolitis cibis ſtupebat: feris inui
dere cœpimus. Primo tamen furtim: & intra ſuas qſq; late
bras admiſit hoc monſtrum: & ſi paulo citius ueniſſes: po
tuiſſet hoc negari. Si quis ex ſtrage corporum deffuerat:
ſepultũ putabamus nec tamen indicauit quiſq̃: nec depræ
hendit aliqs. Nemo: ut hoc faceret exẽplo impulſus eſt: ſe
quiſq; docuit: omnes ſcir̃ cæpimus: poſtq̃ omnes fecimus.
Quotiens tamen anteq̃ inciperem: ĩ portum cucurri q̃diu
in altum intentus: ſi quæ eſſent in conſpectu naues oculos
fatigaui. Tibi legate tempus differre facile eſt: qui tuam
tantũ ptem nõ uendidiſti. Tu quẽ habeas diẽ uideris: ego
ſeptimum & expectare nõ poſſũ. Ergo rabidi ſupra cada
uera incubuimus: & clauſis oculis quaſi uiſus conſcientia
acerbior eſſet: tota corpora morſibus cõſũpſimus. Subit
ĩterim horror ex facto: & tediũ ac deteſtatõ ſui & plãctus.

Sed cum ab ĩfauſtis fugimus cibis: urit iterũ fames: & q̄d modo ex ore ꝓiecimus colligendũ eſt. Nunc mihi illa fæ/da uidẽtur: nũc abominãda: laceri artus: & nudata oſſa: & abrepta cute intus cauũ pectus. Nunc occurrunt effuſa præcordia & liuidæ carnes: & expreſſũ dẽtibus tabum: & exhauſtæ hoſſibus medullæ. Q uãtulũ.n.corporis fames reliquebat? Nunc illud horreo tẽpus: ſi quãdo aut manus incidit: aut facies: aut aliq̄d deniq; quod hominem ꝓpria nota ſignat. Nunc cibi ſuccurrunt: quos imponere in menſam nõ auſus ſũ. Cõfitendũ eſt.n.deuorauimus homines & q̄dẽ auide: q̄ diu nihil ederamus: & tamẽ cœpiſſe dificillimũ fuit. Poſtq̄ ius factum ẽ: poſtq̄ nemo erat in ciuitate quẽ confiteri puderet: tum uero iã ĩ poſterum ꝓſpicimus: & funera horreis cõdimus. Retro aguntur exequiæ: aut citra: aut ad rogos pugna eſt. Hæres cadauer cernit. Nouũ & ĩ credibile niſi noſcemus mõſtrum habuimus: ſine rogis peſtilentiã. Mortui ratio nõ cõſtitit. Periſſe ciues ſcio tã/tum: quia inter uiuentes non uideo. Aegri aſſidentes timebant: & labentẽ animã ſuppremis domeſticoꝶ oculis reducebant. primo tamen nihil rogabant ſuos: niſi totam ſepulturã. Vt maior urgere cœpit neceſſitas: beneſſicium factũ eſt: expectare dum moritur. Nemo adeo affinis fuit: ne/mo tam coniunctus quem pietas abſtineret: noſtros comedimus. Nam ſi alienos uellemus: nemo audebat: cedebat. Nihil tamẽ eſt q̄d indignari uelitis: narraui uobis lucrũ ueſtrũ. Frumentũ dupplo uendidimus & callidiſſimus legatus uicinæ ciuitati impoſuit. Plena nunc horrea: bonæ rationes: onuſtæ naues ſunt: & quo magis gaudeamus tanto bono pauci ſumus. Nã q̄d ad tẽporis accuſationẽ ꝑtinet: nihil eſt opinor quod eſtuet: in deſertũ nõ incidit populũ: nec ſane fuit cur feſtinaret: etiã nũc expectare poteramus? Sola eſt noſtra ciuitas quæ fame perire nõ poſſit. Diſſimulaturum me putatis uectoris patrocinia? Cõfiteor uenit ad ultimũ diẽ: attulit frumentũ: gratulemur ꝙ iã nulla ciuitas fame laborat. O ſi uires ſufficerẽt: latera durarẽt: aliq̄d ex

aridis diu faucibus reſſidue uocis exiret: quãta indignatio
ne opus erat: ubi pro omnibus dolendũ ẽ. Quod cum ſit:
uniuerſi qui aſſumus ꝓclamemus: hæc tota cõtio in unã uo
cem conſentiat: nõ eſſet tamen futura par crimini inuidia.
Vt accuſemus omnes: quota pars querat᷑. Secũ qſq; repu
tet que tulerit: qd admiſerit. Plane ĩmaniſ bellua ẽ: & nõ tã
tum neceſſitatis cã p nefas paſtus: qui ꝙ comederit homi
nẽ nõ iraſcit᷑. Succurrite dolor & ſeri uomitus & ultrix pœ
nitentia. Ades longi ieiunii impioſa neceſſitas: & uos in
tus implicite ſi quid poteſtis admonete anĩæ: & a ferali uẽ
tre ꝓrumpite: dũ cõmiſſũ nefas deuoto capite expiamus:
& quaſi luſtrata urbe feralẽ uictimam uiolatis maĩbus mit
timus. Decent nos tales hoſtiæ. In iudiciũ produxi publi
cum ſcelus: & infamatæ ciuitati quero uelamentũ. Nemo
non cõmiſſit aliquid: habetis tamẽ unũ ſi uultis & pro om
nibus nocentẽ. Rei. P. leſæ accuſo. Mirari uos certũ ha
beo hanc uerbi ſegnitiem: cũ ciuitas tota conſũpta ſit: cũ
populus in ſe tabuerit: quo pſtricta tantũmodo patria &
leuiter (quod aiunt) manu offenſa intelligi poſſit. Sed fe
renda eſt ut in cæteris hæc quoq; rerum naturæ iniuria: ꝙ
non tã ĩmanibus factis paria uerba accomodauit: & fames
nr̃a: fames dicit᷑: & cibi noſtri cibi uocant᷑: & res. p. nunc
læſa. Nec ſcilicet niſi pacto legittimo ordine reus puniet᷑.
Omnia rogo ſcrupuloſe agant᷑. Videte ut iur̃ iraſcamur: q̃
contra ius uiximus: Imo ẽt ſi libet defẽſionẽ audiamus: &
iã nũc nos moret᷑. Neget læſã rem. p. qa pluſq̃ læſa ẽ. Nõ
enĩ diſcuſſos alicuius opis angulos: nec reciſas lucoꝝ fron
des: nec publicaꝝ ædium diſperos parietes obiicimus. Ac
ſi uidebit᷑ adiiciet forſitan nõ eſſe rem. p. quæ perierit. Id
enim ſupereſt ut iam hoc nomẽ extinctũ audiamus. Proce
det eo uſq; fortaſſe ut exuriſſe nos neget. Non inficior ãt
paꝝ ꝓprie hoc legis uerbo nefas iſtius ſignari nõ poſſe. ma
iores enĩ ne lædi qdẽ rem. p. ĩpune uoluerũt. Ideoq; exiſti
mo ẽt hoc eſſe cõpræhẽſũ. nẽo ãt uerebat᷑: ne abſolui poſ
ſet crimen lege maius. Quid ꝙ actionẽ rei. p. læſe tẽptat ĩ

legē malegeſtæ legatiōis deflectere? Elligit reus crimē: hoc eſt noxius crucē optat. Non ſuſtineo iudices in tanto ani/ mi motu argumenta conqrere: nec impetus iræ meæ in di/ gitos deſcendit: hoc tamen ſcio: non cadit in formulā pub licus dolor: nec si adeo iudicibus qd paſſi ſunt exciderit: ut has ferant cauillationes nō dilluentes crimen ſed differē tes: populus quoq; impunitū nefas ſine lapidibus præteri bit: nō præſcribes. Accuſare te malegeſtæ legatiōis poſſū. Age porro: ſi occiſos obiecero hoīes: nō tu es cā mortiū? ſi uiolata ſepulchra: nō ꝑpter te rogos fraudauimus? Sed le gatus fuiſti: quod tamē ipſū qd eſt aliud q̄ rē tractare? Rē autē q male agit: ut arbitror: lædit. An exiſtimas hāc lega/ tis dari peccādi licentiā: ut quecunq; ſcelera ī eo officio cō miſerunt: cū his oībus hac una lege decidant. O nimiū in/ uidēdā huius legationis cōditionem: ſi tibi & famē remiſit & legē. Sed errauerim ſane: & qa nullum in foro nr̄o iudi ciū fuit: deſuetudine ipſa iura exciderint: quomō legē meā effugis? Nam niſi malis ſtupeo: duo ſunt omnino quæ in eiuſmodi crimine queri ſoleant. An læſa ſit res. p. an ab eo q arguit̄ læſa. In quibus ſi qd tibi fidutiæ fuiſſet: nō a cri minibus crimina appellares: nec ad alterā pœnā traſfuge/ res: ſed te ab hac quæ intendit̄ tuereris. Dico læſam eſſe rem. p. Oratione hic opus ē: aut reliquoꝝ more accuſatoꝝ hoc nunc mihi querendū: quomodo res uerbis aggrauet̄? Adeo infirma ē calamitatū memoria: quæ ſi poſſet excide re: non tamē narranda nobis ſed oſtēdenda erat ruina pub lica. Agedū: ſi uidet̄: extra portas ꝑſpicite: ſqualida arua & ſpinis obſitas ſegetes: & ſemeſos arboꝝ truncos uiduis cultore agris. Errant a fame noſtra innocētes feræ: inanes uillæ ſunt: & deſerta horrea ī ruinā ꝓcūbunt. Nullus iuer/ ſis aratro glebis cāpus nitet: nullū ſolū ope renouat̄. Iā & ī ſequentē ānum famē timeo. Redite in domos ur̄as: uidebi tis noxios focos: & ignes tabo cadauerū extīctos: & tecta mortibus grauia. Cū maxīe inferimus in tumulos oſſa inſe pulta: Ducimus optas exeqas: & ad ſepulturā reſſidua cō

feruntur & tandem cadauera igni permittimus. Vbi uero uniuerſas familias fames extixit (quæ pars maxĩa ẽ) ianes domus ſitũ ducunt: Iacent relictæ ſine herede ſarcinæ. Inuenit iterim clauſa domo cõditus dominus: ſi cuius mors famẽ euaſit: quẽ rimantes non inuenere ꝓximi: q iter ſuos ultimus deceſſit. Quo uos mitto? Ipſã intuemini cõtionẽ: unius defitientis ſpetiẽ tota ciuitas habet: ca[illegible]matiæ caput: & cõditos pœnitus oculos: & laxã cutẽ: nudos labris trementibus dẽtes: rigentẽ uultũ: & deſtitutas genas: & inanes fauciũ ſinus: ꝓna ceruix: tergũ oſſibus iæquale: infernis imaginibus ſimiles: fœda etiã cadauera. Aut ſi qs talis nõ eſt: confiteat̃ ſe uſq; ad ſaturitatẽ comediſſe. Sua qſq; conſulat miſera præcordia ſuũ uentrẽ conſciẽtia grauem. Dic nũc legate innocens ſũ ꝙ ad illũ diẽ ueni. At ego pp te nocens ſũ ꝙ ad illũ diẽ uixi. Quæ cõparata nobis mala nõ delicatas lachrymas habent? Aliquẽ populũ hoſtilis exercitus intra portas coegit: ſolet uenire ultĩa obſeſſiſ inopia: ſed euerti certe licet. Victor captiuum aut occidet aut paſcet. Tormenta qdẽ pirratarũ tulerunt: fœlices qbus cõtigit inocentia. Mors certe finis eſt: nec ſæuitia ultra fata ꝓcedit. Aut etiã ſi qs adeo hoĩẽ exuit: ut ibi pœnã quærat: ubi ſenſus doloris non inueniat: Nẽpe tamen cadauera feris obiiciet. Circundati ſũt qdã flãmis: Ipſa tamen pœna habuit ſepulturã. Nos incẽdii cinerẽ ꝑdidimus: nr̃a etiã ruina tabuit: nr̃a mala nõ latent: nõ ignis defunctos cremauit: nõ feræ lacerauerunt: nõ aues attigerunt: & tamen cadauera mortibus annumerare nõ poſſumus: Citra ſpẽ conualeſcendi afflicti ſumus: imo ẽt citra uotũ. Grauior indies facti pœnitẽtia eſt: pudet uitæ: lucẽ ac ſidera intueri nõ audeo: quottidie fœlices mortuoſ clamo: & male cõſcientiæ facibus agitatus: nihil fortuna tuis in æterna ſede utcunq; cõpoſitis puto. Adeo mors placet: iã ẽt cibis noſtris inuideo. Præterita differo: ipſa ex nimia cupiditate nocet abundãtia: deſideratos diu cibos auide haurimus: & laſſã famẽ ſaturitate ſtrangulamus: Morimur adhuc etiã frumẽ

to tuo. At q cæteræ rei. p. ptes quæ ſunt ad uſũ populi cõ/
parate: & leuior cum damni ſenſu pereunt: & facile reme/
diũ accipiunt: cũ reparari poſſit amiſſũ. Opa rſtituã ærra
riũ replebo: naueſ arma reficiã. Hic uulnus altiſſime pene
trat: hic ipſa uitalia feriunt: ubi populus ruit: ubi cõtinuis
funeribus omnis ſexus atq; aetas ſemel ſternit. Exhauſta ẽ
ciuitas: & deſolate domus: triſtæ florentis quõdã fortunæ
indiciũ laxi muri. Quã multi in ciuitate nr̃a pierint queri
tis? Minima quidẽ portio ẽ: ſed etiã ex hoc ĩtelligi poteſt:
exurienti populo ſatis fuerunt. Plurimũ tamẽ intereſt quo
modo perierũt. Fœlix peſtilẽtia: fœlix prœliorꝝ ſtrages: de
niq; omnis mors facilis. Fames ualida uel aſpa uitalia hau/
rit: præcordia carpit. Animi tormẽtũ: corporis tabes ma
giſtra peccandi: duriſſima neceſſitatũ: deformiſſima malo
rũ: hæc ad humile opus nobiles manus mittit: hæc alienis
pedibus mendicãtes pſternit: hæc ſæpe ſociorꝝ fidẽ fregit:
hæc uenena populis publice dedit: hæc in parricidiũ pios
egit. Adhuc tamẽ unũ uidebatᷣ remediũ nõ expectare mor
tis diẽ: & tabeſcentẽ quottidie ſpiritũ ſupuenientibus ma/
lis ſubducere. nã in fame nemo quidẽ mortis ĩmunis ẽ. At
non tua culpa fames cœpit. Sed uulneratum iugulaſti:
titubantem ſtrauiſti: fumantem incendiſti. Ne quid iniq;
faciam: diuidenda ſunt mala. Primam famem fortunæ
imputo: ultimam tibi. Moram tuam itineribus ſeparo.
Deniq; ex eo inopiã tibi obiicio ex quo pp te tuli. Itaq; ca/
ritas ãnonæ: rarꝝ frumẽtũ: cædes: ac direptio pecorꝝ fuerᷣt
fortunæ fuerũt ãni: fuerũt tẽporũ. Aliã cõditionẽ habẽt ci
uiũ mortes: & cadauerꝝ dira laceratio: & peiores inopia ci
bi. Hæc fames iã tua ẽ. Puta me ĩ præſẽti adiicere niſi hoc
unũ: tardius q̃ potueras ueniſti. nõdũ tibi obiicio duplica
ta tẽpora: nec remẽſũ totiẽs mare: nec graues ancoras: nec
dum tantam moram quanta legationi ſatis eſſet. Si in/
nocentes eſſemus: populum ſeptem diebus perdidiſſes.
Anguſtoſ humani ſpiritus terminos fames fecit: morimur
defficimus. feſtina miſericors: omnes excipe auras: etiam
ſi tota ſecundis flatibuſ uela tetenderint uẽti: tamen remis

adiuua: Salutem publicam uehis: ſpiritum populi tui reportas: omniũ noſtrũ in iſta claſſe nauigant aiæ. Iuramus ꝑ tuũ reditũ: effuſi ꝑ gradus tẽplorum uota ſuſcipimus: tẽdimus manus: nã quas feriamus hoſtias nõ hẽmus. Quid ſpem publicã ad ancoras alligas: nõ ſtat ĩterim dies: & plenis uelis mors uenit. Feſtina: merita tua nõ cõditores æquauerint: non ipſi dii plus præſtiterint. Tibi nos: tibi liberos noſtros: tibi qcquid homini iocundũ eſt: tibi debemus qcquid uicine ciuitati præſtitiſti. Non dico illa quæ poterã: puta cerulus imber in naues ruit claſſis inter fluctus latet: nec inter candẽtes colliſſarũ aquaꝝ ſpumas uela dignoſcimus: egerit ex fundo harenas mare: micant ignes intonat cælum: ſciſſis rudentibus tẽpeſtas ſibilat: deniq; ſidus hybernũ cõdit᷑: tu tamẽ pſeuera: frumentũ uehis: nihil horũ neceſſe ẽ fœliciter nauiganti: feſtina. Quererer ſi naues cõmeatu tardaſſes. Dũ uelocitatis ratio haberet᷑: mallẽ accipere dimidiũ. Non delicati ſumus: nõ luxuriæ quærit᷑ habundantia: unde ſpiritũ ſuſtineamus: unde mortẽ differamus in præſentia quantulũcunq;. Si plus opus fuerit redibis. Siccæ fauces ſunt: æger anhelitus os tẽdit. Iã fruſtra ĩ ſinu parentũ liberi plorant: & nondũ editi cõceptus intra uterũ famẽ ſentiunt. Iã nemo nemo diues eſt. Auras captamus: & rore ueſcimur: & iã ſperare tormentũ eſt. Quotti die uires deficiunt: Iam non imus in littus: ſed redimus. In editis ſcopulis populus ſedet: dũ naues expectat: in paſcua non redit. Aquas ingredimur: & unus ad te ſpectantium redditus ẽ: & cum defecerũt omnia: expirant. Te te expectantes intentis oculis morimur: in mare mortui cadũt: Quotiens ſole percuſſa nubes refulſit: nauem putamus: quotiens fractus uento fluctus incanuit uella interprætamur. o mobiles miſerorũ ſpes: ad una queq; ſolatia ab unoquoq; quomõ nutãt. Hæc certe nauis ẽ: ecce uella pãdũt᷑: ꝓpius appellit᷑: & accedẽdo creſcit: nr̃a eſt: ſuos ĩ utranq; partem uentos habuit: noſtris uotis gubernati flatus ſunt: Hæc dicimus: At illa interim tranſuolat. Fletus inde

& deſperatio: & lucis odium. Nihil enim grauius q̃ deſti/
tutæ ſpes torquent. Ne interrogare quidē licuit aut quære
re: nemo applicabat. Ergo incerti omniũ reꝝ pepēdimus:
nihil quiſq̃ cognouit. Saltē ſi ſcire licuiſſet ubi frumētũ uē
didiſſes: ipſi petiſſemus. Iã quomodo ad ſingula momēta
tēporum mutabant̃ animi: bene eſt ſerenus ſol occidit: pu
rus ſe dies tollit: ad nos uenti ferunt: iam ueniet. Pendet
ĩterim fames: & illud quod tã diu cogitat: differt: ita tamē
ut ſubinde cōputet: quot dies ad mortem ſuperſint. Nam
quid profecit meminiſtis: cum cōtrarii uēti flare cœpiſſēt:
& in altum fluctus a terra uolarent: quãta cōploratio: quã
ti plãctus fuerint: retinebit̃ ſtabit laborabit. At ſi diis pla
cet legatus noſter tum maxime bene nauigabat. Nos ĩ hac
fortuna: in tam graui caſu: in eiuſmodi cogitationibus ſu/
mus. Tu ſinus maris circuis & ꝑ omnes curuatoꝝ littorum
ambitus terrã legis. Sic fit ut te iuuet diu negare. Nullus
amœnus prætermittit̃ portus: nulla celebris ciuitas inuſi/
tata tranſit̃. Mentior etiã ad exurientes applicas. Dein
ſi quã timoris iniuriã quereris: nō ferã te morãtē. Quomō
ſatis accuſabo uendentē? ſpiritus noſtros tranſcribis: ſalu
tem noſtram exponis. Quæ diu inexſtimabilis fuit: inno/
centiam publicã uendis. Frumentũ non naufragio ꝑdidi/
mus: non latrocinio. Lucro perimus. Tēpeſtas quoq; ali/
quã nauē in medium littus impingeret: & ex claſſe numero
ſa omnes fluctus exhauſiſſet. Perit frumētum: quia claſſis
uenit in portum. Ita nos alienæ ciuitati legatum miſimus:
& uilia ac deuota capita uicinoꝝ delitiis morimur. Nihil
nobis iam reſſidui ſpiritus ſupereſt: nos in conſpectu mor
tis ſtamus: nos legatum frumentumq; noſtrum ore aper/
to expectamus. Claſſis noſtra uecturam facit: & uicina
rum ciuitatum copias reconducit. Pene a conſpectu no/
ſtro uella cōuerſa ſunt: quãtulominus quã cōgeſti frumēti
puluerē uidimus: tantum iã temporis trãſiuit ex quo pecu
niã contulimus: legatũ creauimus. Iã dinumeratis tꝑibus
quæ ſecundi uenti breuiora fecerunt: quottidie ſpero &

ſane prope eſt: At legatus meus ad emendũ modo profici ſcitur. Tibi ergo tot ciuiũ mortes imputo: tibi ſtragem po puli: tibi liberorum parentumq; miſerrimas pœnas: tibi q̃c quid paſſi ſumus: tibi qđ grauiuſ eſt: quicquid fecimus. Et ſcilicet ſperas ut tantã ſceleris inuidiã ab animis nr̃is dup/ plæ pecuniæ ſtrepitus auertat? Neſcis q̃ multa uendideris dupplo uendidi. Ita infœlicitas mea negotianti tibi lenoci nata eſt: ꝙ fame perire ciues meos patior: ꝙ ut ueſtrã ciui/ taté ſeruem meã euerto: ꝙ a tam uicinis littoribus claſſem torqueo: ꝙ ad dié redire nõ poſſũ: ꝙ prætium cõſtituitis: quid ocultũ datis? Dupplũ patrocinio meo quantulũ lu/ cror? At nos inepti ac ueſani de fame querebamur: grauis nobis inopia: intollerabilis & miſera accerſita mors uide/ bať. Non agimus gratias induſtriæ legati?. Res. P. nr̃a locupletior perit. Sacroſanctus mercator opportunũ op pinor inuenit mercis exactũ. Miror hercle: ſi tã bene nego tiũ geſſeras: quomõ nobis pecuniã nõ retuleris. Dupplo uendidi. Decepiſti uicinã ciuitatem: circũſcripſiſti: itaq; queriť. Dupplo uendidi. Hoc.n.unum ſupat: ut deue/ ctum tantidé uenderes. Habita ẽ itineris rõ: habita uſura rum. Ego uero malo ꝙ tã magno uendidiſti. Apparet eni te nihil coactum. Sed ſi ſemel ponis haſtã ſalutis: & redé/ ptores uitæ admittis: & nos admone: melius uendis. Nos quicquid in domibus habemus: quicquid ĩ téplis: quicqd ciuitas ſuum uocat: congerere parati ſumus. Frumentum pecunia remetiamur: libertaté noſtrã adiicimus: fines pu/ blicos tradimus: omnia licet eadem uicina ciuitas pollicea tur plus nõ poteſt. Proſit mihi quod apud negotiatores ſo let: ĩ ãteceſſus dedi. Tripplũ: quadrupplũ q̃tũ popoſceris accipe. et illa pecunia frumẽtũ licet uicinis afferas: ſi nobiſ nihil de commeatu noſtro partiris: nos uicinæ ciuitati uen demur. Liceat ſeruire ubi frumentum eſt. Non exigua res eſt: pro uita: pro ſepultura: pro innocentia licemur. Nõ poteſt hic commeatus tam care emi: quam expectari. Sed niſi uédidiſſem inq̄t famæ laborãti ciuitati: timui ne

raperet. Et ita utique occupare uoluiſti: ut nobis iniuri/am tu potiſſimum faceres. Multum me hercle uos fallit opinio iudices: ſi ullam cauſã ita euidentẽ defferri poſſe in forũ putatis: cui nulla ne mendacii quidẽ uelamenta con/tingant. Opinione ſua deffenditur: & quæ res minime co argui põt utit̃ ſe teſte. Ne nos periremus: non timuiſti: ne reppetiti cõmeatus poſt diẽ nr̃æ mortis applicarent̃: nõ ti muiſti. Noſtris certe malis (quãquã nihil poterat accidere inopinatũ) tamẽ inter metus tẽpeſtatũ & ancipites incerti maris caſus cõfiteor ne frumẽtũ ſalua claſſe pderemus: nõ timuimus. Non dico ut maxima uis parata ſit: ut more im manis latrocinii turba raptoꝝ littuſ præmat: uel repugna uel fuge: uel roga. Incenſurũ naues depræſſurumq; mini/tare potius: q̃ totum frumẽtum utiq; populo pereat: parti re ue gratis: dum nobis aliquid quo reſpiremus afferas. Il lud quo certe nihil aſperius accideret rapi patere. Faciet fortuna qđ uoluerit: legatus a præcepto non recedat. Re/fer nobis ſaltem iniuriam noſtram: mitte nũtios: Ira famẽ differemus: rapiemus furentes arma: & ſe in obſidionem ci uitatis inimice ſine delectu populus effundet. uaſtabo inte rim fines: hoc eſt p aliena prata paſcar. Si qua in uillis de præhendero pecora: diripiam: bellum me alet. Citius ad frumentum perueniemus q̃ tu cum frumento redibis. Ad iuuabunt pugnantem iuſta ſacramenta. Si cõtigerit æquũ fortunæ iudiciũ: non meos tantum commeatus recipiam. Si minus certe dabitur bene mori. Liceat & manum con ſerere: in acie confligere: condant ſe poſtea licet muris: lon gius obſidio eat: ĩterim certe hoſtium potius cadaueribus uiuemus. Sed nulla uis fuit: nulla exterior iniuria: tuum certe commeatum nemo rapuit: iure miſeri ſumus: & ex ſti pulatu legati noſtri perimus. Vendidit quantum uoluit: quanti uoluit & ut hoc ad noſtras accederet moras: fortaſ ſe diu contionatus eſt. Omnis cum fide perſoluta pecunia eſt. Hoc qui colligo? Qui quanti uoluit uendit Iu/dices: Poteſt non uendere. Nã per fidẽ: ſi rapere alienũ

frumentum & poſſunt & uolunt: quid ita dupplam pecu-
niā ſoluunt. Nam quomodo in magna inopia qcquid emi
poteſt: uile eſt: Ita cū poſſis habere gratuitū: dupplo carū
eſt. Sed mihi credite color iſte patrocinii eſt: & diu in ſatu
ro ocio cogitata defēſio. Nō pōt ſimilis uſq̄ fames fuiſſe.
Nos graue huius anni ſidus afflauit: noſtrū hoc fatū fuit:
quos non tantū ſata: ſed etiā empta fallunt: q noſtra pecu
nia: noſtra claſſe: noſtro legato: noſtro uento: fœliciſſimo
curſu: cōmeatum tamē pdidimus. Nos a frumēto lōgius ſu
mus. Ad illā ciuitatē potuit frequenter accedere negocia
tor: ſæpius applicari onuſta claſſis. Itaq; nō miſer legatos:
nullus illis cōmeatus lōgius petēdus fuit: qđ fœliciſſima an
nona affluentibus copiis: fortunatis opibus cōtigit: nihil
emerunt: niſi deuectū. Quare nulla cauſa iſtius quē fingis
metus fuit: nulla utiq; uis. Forum legiſti: & quia adhuc ſu
perat tēpus obiter negociatus es. Rapturos putaui. quid
dicis ſcelerate? Et cū hoc timeres applicabas. Onuſtus uia
tor apud latrones hoſpitaris? Cōmeatū publicū in ſcopu-
los annonæ īpingis: & plenæ frumēto claſſis ancoras ad
famē ducis? Non præcidis mediū mare: nō uelut in hoſpi-
tales ſyrtes: aut uoracē carybdim præterueheris? Tota ī fu
gā uela torquebis: nuſquā eſt periculoſius Legationis tuæ
naufragium. Tu ut cogi poſſes: tu ut aufferri frumentum
poſſet: effeciſti. Tātū habituri ſumus: quātū reliquerit pu
dor exuriētiū. Quid te dupplo frumētū iactas uēdidiſſe?
Potuerunt nihil ſoluer. Quid reffers? Alienū beneficiū ē:
Alterū confingit hoc loco mendatiū. Tēpeſtate inqt apul
ſus ſum. Ita plane infœlix nauigator es: & cuius uotis au-
ræ nō reſpondeāt. Neſcimus te dupplo melius nauigaſſe:
q̄ ſperaueramus? Neſcimus ſingulis cōmeatibus bina itine
ra cōfecta? Neſcimus in una legatione uentos quater ſecū
dos? Sat erat uerbo negare: qđ uerbo opponit. Remoue
hanc ſpē eludendæ mendatio ciuitatis. Quo dāno ꝓbas
tempeſtatem? Quid amiſiſti? Frumentum certe totum ue-
nit in portum: nec laboraſti: tāquam nimiū onuſtas naues

ſimulaueris. Dupplum afferre poterant: non uexata arma menta turbatoſq; funes: aut ſciſſos uelorũ ſinus quereris: claſſis ſtatim exiit: & quod magnũ integre ſignũ ẽ: cito re/ dit. Porro tẽpeſtas in unũ agebat angulũ: nihil potuerunt obliquata uela deflectere. Non potes ultra ꝓcedere: citra applica. Effuge raptores: effuge non dimiſſuros. Si aliud non põt fieri cũ tẽpeſtate decede: naufragio ĩ deſertũ litus impinge. Quid deuitata ꝓcella ꝓdeſt? quid ſubducta nu bibus nimis claſſis? In portu naufragiũ fecimus: & frumẽ/ tum ad ancoras pdidimus. Ego uero inqt attuli: & quidẽ dupplũ. O nos fœlices rũpamus ſaturitate præcordia: paſ camur ĩ præteritũ: & famẽ cruditate penſemus. Frumentũ attuliſti. Quid quod medicina mortuoꝝ ſera ẽ? Quid ꝙ nemo aquas infundet in cinerẽ? Quid quod extĩcto popu lo etiã nouendialis tarde uenit? quid ꝙ iã ego frumẽtũ non deſidero? naufrago tabulã abſtuliſti: mortuo applicas na/ uem. Dupplũ ẽ: infunde in ſepulchra: & admetiř tumulis: ibi ſunt q mãdauerunt. Quid aliud effeciſti afferendo fru mentũ: q̃ ut nos quod adhuc fecimuſ pœniteret? Nunc me magis pudet: nunc cibos meos obiurgo: potui heri non co mediſſe. O nefas in quo me ſcelere cõmeatus depræhẽdet. Siccine paria fecimus? Adhuc nihil habuimus: ſed nunc li cet reponamus. Quis autẽ unquã penſabit neceſſaria ſup uacuis? Dupplum attuliſti: ſed illis qui perierũt nihil: ſed nõ poſſumus iam nõ feciſſe quod fecimus: ſed plerumq; ſe ra ꝓ nullis ſunt: ſed & temporum iſta momentis aut præti/ oſa ſunt: aut uilia. Vis ſcire quantũ inter hoc tempus & il/ lud interſit? Tempta igitur forum tuum: totum hoc nõ po tes dimidio uendere. Supereſt adhuc unum patrocinium: in quo ſpes omnis profligatæ cauſæ conſiſtat. Ad diem ue ni. State hic certe iudices: nam ferri non poteſt: exundat altius dolor. Publicum dolorem q̃uis proiectum & iam olim ſepultum hucuſq; protrahis? Cur non expectauimus? Cur famem non ad conſtitutum diſtulimus? Cur ad tantũ nefas acceſſimus? In hac lance publica cauſa Iudices pen

det. Aut iſte tarde fecit: aut nos cito. hoc uidelicet expecta ſti: & ne captioſum eſſet officio tuo maturius rediiſſe: ex i duſtria tempus triuiſti. Non tempeſtas in cauſa fuit: non uis ulla uicinæ ciuitatis. Vna ratione moratus es: nondũ erat tempus. Adeo ne nobis miſeriæ publicæ exciderunt? Adeo inſpirato frumento obſtupuimus: ut hæc audienda ſint? Vltimum omnis memoriæ reum una uox innocentẽ facit? Populatorem euerſoremq; ciuitatis: niſi ad ſuppre/mum damnabo? Abſoluatur publicus reus: rediit. Illum reſpondet diem dedimus. Tu tamen ſi interpellatus tem peſtatibus ſerius ueniſſes: excuſares mare & ambiguos fla/tus: & tibi bonam cauſam habere uidereris: cum diceres: ante nõ potui. Et nos hæc cogitauimus: his caſibus ampli auimus tempus. Nos illum tibi diem dedimus. Sed quia illud citius emiſti q̃ ſperauimus: ſupra uotum noſtrum na uigaſti: ad proximum littus mature claſſis applicata eſt: Ego tibi poſſum ſatis iraſci? Fœlicitatem noſtram perdi/diſti: ergo quantum in te tempus conſumptum eſt: dies ex ceſſit: peius pati nihil poſſumus: ſed peſſima diu pati/mur. Imputas nobis propitios uentos: & ſecundum ma/re: & ciuitatis opulentæ liberalitatem: quæ tantum fru/menti uendidit quãtum duobus populis ſatis eſſet. Quã/tumlibet uelocitate tua glorieris: computa ſi placet quan do primum conterminos portus onuſta claſſe compræhen deris: q̃ tarde a uicina ciuitate ueniſti. At etiam ſi diis pla cet animo defenditur: & quam cauſam uexandæ ciuitatis habuerit quærit. Iſtud ego interrogare debueram: Non ubiq; Iudices morandum eſt. Alioquin ſi quid requirere uellem: multa occurriſſent. Solent hi negociatores: præ ter hæc aperta prætia: priuatum aliquid ac proprium ſti/pulari: utiq; cum alienam rem uendunt. Poteſt fieri ut pri mo lucrari uoluerit prætium: ſerius deinde ſubuenerit red dendæ rationis: dicẽdæq; cauſæ cogitatio. Veniit fortaſ ſe frumentum lucro redempto eſt patrocinio. Poteſt fie/ri ut aliquam gratiam ſperauerit a ciuitate ſeruata: oculta

quædam in ciuitate ſua odia : quæ plerunq; ex inanibus cauſis oboriũtur habuerit. Multa ſuccurrunt: ſed(ſi qua eſt iudices dicendi fides)ego nihil inuidioſius puto: q̃ q; ciuitatem ſuam ſine cauſa perdidit. Quæcunq; ratio: quodcunq; propoſitum fuit. Audi quæ paſſi ſumus : poſtquã redire potuiſti. Tranſeo tormenta noſtræ inopiæ: matiem corporis: uulſos terra diſtrictoſq; ramis cibos: q; aris altaria nõ ipoſuimus: q; populus corporibus ſuis uias ſtrauit: q; mendicus quem rogaret non habuit. Non obiiciam tibi famem: O triſtis recordatio: o tormentis omnibus cõſcientia grauior: rumpe ferreum pectus & ardentia ſcelera uiuenteſq; intus æpulas diſcute. Luctantur intra uiſcera animæ: & uterum funeribus grauidum in os agunt. Credibiles fabulas fecimus: fœlices miſerias: ſcelera innocentia. Omnes quaſcunq; clades fama uulgauit ſolatia hinc petant: hinc audient occiſos ſine ſanguine: ſepultos ſine ignibus cibos. Si quis mẽtitus eſt Cyclopas Leſtrygonas Spingas: aut inguinibus uirginis latratum ſyciliæ littus: & quæcunq; miſer didici domi: comites quæro: hinc argumentum: hinc fidem accipiant. Quædam plane falſa ſunt. Sol in ortu ſuo occidit: & ad humanorum uiſcerum epulas diem uertit. Vidit nos uulneribus paſtos: & ad euiſcerata corpora illuxit. Publice monſtra comiſſa ſunt: & inexpiabile nefas uno ore ciuitas fecit: Pœnis noſtris iam ne fames quidem ſatis eſt. Hoc non omnes feræ fatiunt: & q̃uis ſenſu careant muta animalia: pleraq; tamẽ innocentibus cibis ueſcuntur: uti quæq; conſuerunt: inter homines etiam: ſi qua alienis membris imprimunt dentem: mutuo tamen laniatu abſtinent: nec eſt ulla ſupra terras adeo rabioſa bellua: cui non imago ſua ſancta ſit. Nos quibus diuina prouidentia mitiores cibos conceſſit: quibus ſotiare populos: mutuo gaudere comitatu: ſidera oculis animiſq; cernere datum eſt: uiſa non annos fecimus: nigros fame dentes pallidis cadaueribus impreſſimus: & inter horrorẽ ac famem reſtrictis labris morſus abrupimus.

Cadauera rogis deuoluta ſunt: & ad funera tanq̄ ad naues concurrimus. Deficit aliquis extremo iam ſpiritu pen/dens: tamen durat: quia prius moriturum alterum putat. Inuicem expectant: & ſi ſpei figuratiōe tardius cadit: mor ſibus pugnat. Non in omnibus mortes expectantur pa/ter liberos eſurit: & oppreſſa decimo menſe mater ſibi pa/rit: redit in uterum laceratus infans. Cludunt domos: ne quis funus eripiat. Solæ ſunt diuitiæ mortium: uelut in/fauſtæ aues ſupra expirantes ſtamus. Secreta miſeri petūt: in ſolitudinem fugiūt: & ubi nulla ſpes uitæ ſupereſt: mor tes ſuas abſcondunt: iam morituri ad feras confugiunt: Dehiſce terra: & hanc noxiam ciuitatem (ſi hoc ſaltem fas eſt) hauſtu aliquo ad inferos conde. Cæleſtes auras conta minato ſpiritu polluimus: & ſyderibus ac diei graues inui diam ſæculo facimus. Nullas iam ſpero fruges: propitios deos non mereor. Quomodo me a ſcelere meo diuellerē: in quas ultimas terras: quæ inhoſpitalia maria conderem? Meum ſine conſcientia urunt animum intus ſcælerum fa/ces: & quotiens facta reputaui: flagella mentis ſonant: ul/trices uideo furias: Et in quamcunq; me partem conuerti accurrunt umbræ meorum. Habitat neſcio quæ in pecto re meo pœna: & ne morte ſaltē hos metus effugiam: occu/pant grauia apud inferos ſupplicia: uolucris rota & fuga/cibus cibis eluſus ſenex. Adeo ne apud inferos quidem ul la pœna ē fame maior: & ille hoc patitur qui hominem ap/poſuit æpulandum. Nobis imminet ſaxum: nobis ſtridūt ferreæ turres: cauſis noſtris urna iā ſtetit: nobis uiuax ipſū creſcit iecur: quia illic quoq; uiſcera tantum aues laniant. Excipiūt nos in proximo littore inhumatæ noſtrorum ani mæ. Miſerum me uera hæc ſunt: an mens aſpicit? Lace ros uideo manes: & truncas partibus ſuis umbras. Quid hoc eſt? Non de ſepulchris inſurgunt: non aliquo terra/rum hauſtu procedūt umbræ noſtrorū: de populo exeūt: Illuc ite illi tedas intendite: illum anguibus petite: & tam longæ moræ exigite rationem Vobis dicat dupplū attuli:

uobis dicat ad diem ueni . Ego ſi huius pœnam uidero : poſſum rationem reddere ꝙ uixi .

## Argumentum .

Amni per iniuriam dati ſit actio . Pauper & diues in agro uicini erant iunctis ortulis . Habebat diues in orto flores : Pauper apes . Q ueſtus eſt diues flores ſuos decerpi ab apibus pauperis . Denuntiauit ut tranſferret . Illo nõ tranſferẽte : flores ſuos ueneno ſparſit . Apes pauperis omnes perierunt . Reus eſt diues damni iniuria dati .

## Pro paupere contra diuitem .

Redo ego iudices pleroſq; mirari : ꝙ homo tenuis : etiam ãteq̃ quod habebã perdidi paup̱ : auſus ſim iudicio laceſſere diuitẽ utiq; uicinũ : eumq; notæ impotentiæ expertæ crudelitatis in tantis fortunæ uiribus pernicioſum inimicum etiã ſi uenena non habeat . Neq; ipſe hoc piculũ ignoro : exptus nõ leui documẽto : quãti ſteterit mihi : ꝙ ſemel impata nõ feci . Sed neq; illud Iudices dãnũ tollerabile ẽ paupi : cũ tã paruis ẽt diuites moueant᷑ . Et mihi quãquã ꝓpe nihil iam relictũ eſt quod pderem : ſi tamen iſta ĩpunæ ſuſtinenda ſunt : ſolatiũ erit irã potius q̃ cõtẽptũ pati . Nec ſane uitæ cã iã ſupeſt : ſi ad cæteras humilitatis nr̃æ cõtumelias hoc quoq; accedat : ut ſi hẽmus aliqd : migrandũ ſit : ſi pdidimus tacẽdũ . Vnũ oro : ne cui minor dignitate ueſtra uideat᷑ cã litis meæ . Ante oĩa enĩ nõ debetis ſpectare ut paup̱ magna pdideri : ſed quãtulũ eſt qđ abſtulerit mihi diues : minus ẽ : qđ reliqt . Et tamen qs indignat᷑ apes formula uidicari : cũ uenenis ẽt floſculi uindicent᷑ ? Q uod tamẽ iudices (quãquã

euerſus & ab oī ſpe tuendæ pauptatis excluſus)æquior̄ aīo tollerarē: ſi cuiuſ mihi cōſcius culpæ ēt ſi iiuſtā pœnā: meri tā tamē irā tulliſſē. Sed circūſpitienti oīa nihil mihi obiici pōt a diuite niſi ꝙ uicinus ſū. ē mihi p̄ſnus Iudices agelluſ ſane anguſtuſ & paup: nō uitibuſ cōſitus: nō frumētis ferax nō paſcuis lætus: ieiunæ mō glebæ atq; hūilis thymi: &nō latæ pauperi caſæ circuniecta poſſeſſio. Ve℞ mihi uel hoc fuit gratiſſima: ꝙ nō fuit digna quā diues concupiſceret: In hoc ego uitæ meæ ſecreto remotus a tumultu ciuitatis ignobile æuum agere procul ab ambitu: & omni maioris fortunæ cupiditate conſtitui: & dum moleſta lege naturæ tranſiret aetas: uitam fallere. Hoc mihi paruulum terræ & humilis tugurii ruſticum culmen æquitas animi regna fece rat: ſatiſq; diuitiarum erat nihil amplius uelle. Quid pro deſt? Sic quoq; me latentem inuenit inuidia. Nec ab ini tio iudiceſ uicinus diuitis fui. Pares circa me habitauer̄ do mini & frequentibus uillis concors uicinia paruos limites coluit. Quot ciues paſcebat: nūc diuitis unus ortus. Poſt quam proximos quoſq; reuellendo terminos ager locuple tis latius iundauit: æq̄te ſolo uillæ & exciſa patria ſacra: & cum coniugibus paruiſq; liberis reſpectantes patrium la rem migrauerunt ueteres coloni: & late ſolitudinis idiſcre ta unitas facta ē: poſtquā ad apes meas diuitis fūdus acceſ ſit. Namq; ego Iudices dum fortius opus permiſit aetas: terram manibus ſubægi: & difficultatē labore perdomui: & inuito ſolo non nihil tamen fœcunditatis expræſſi: cito labitur dies: & procliuis in pronum fertur aetas: abiere ui res: ſenſus meus: defectaq; labor̄ ſenectus magna pars mor tis nihil mihi reliquit niſi diligentiam. Circonſpitienti mi hi quod conueniret opus inualidæ ſenectutis: curæ ſuccur rebat ſequi pecora: fœtuq; placidi gregis paupertatem tue ri: ſed ex omni parte circuniectus diuitis ager uix tenuem ad greſſus meos ſemitam dabat. Quid agimus inq̄? Vn diq; uallo diuitiarum cluſi ſumus. Hinc ortuli locupletis: hinc arua: inde uineta: hinc ſaltus: nullus terre datur exi

tus. Quæramus animal quod uolet. Nam quid apibus inuenit natura præſtantius? Parcæ: fideles: laborioſæ: o animal ſimile paupibus. Et ſane dabat occaſionē mihi opportunitas ortuli mei. Eſt namq; poſitus ad ortus ſolis hyberni: apricus: omnibus uentis medius. Fuſus ex proximo fōte riuus: crepitantibus iter radiantes calculos aquiſ: utrīq; ripa uirente præterfluit. Satis conſiti flores: & uiridis q̄uiſ paucarum arborum coma naſcentibus populis prima ſedes: unde ego frequenter conſertum nouæ iuuētutis agmē ramo graueſcente ſuſcepi. Nec me tāta capiebat uoluptas ꝙ fluentia ceris mella conderem: ꝙ ad ſuſtinendas paupertatis impenſas defferrem in urbem: quod diuites emerēt: q̄ ꝙ aduerſus omnia laſſæ tedia aetatiſ habebā ſenex: quod agerem. Iuuabat aut lenta uimina uernis fœtibus texeř: ne æſtiuus ardor aut hyberna uis grauidā penetraret aluum: hiantes rimas tenaci liniř fimo: aut feſſis apibus ultro præbere mella: aut fugiens examen aere terrere: aut bella ſedař pulueris iactu: tum ne quid periculi ſaltem ſingulis eſſet: auidas longe fugare uolucres: & arcere parua dictu animalia: recluſas interim ſcrutari apium domos: ne per uacuas aluos fœda peſtis inſidioſas texeret plagas: Dederam laboribus meis iuſtam ſenex miſſionem. Habebam quæ pro me opus facerent. quo nō penetras liuor improbe? Quid ue ſcabræ malignitati clauſum eſt? Inuidit pauperi diues. Cū euocaſſet me ſubito trepidū totoq; fortūæ ſuæ ſtrepitu circūſtetiſſet: qd tu inqt nō potes īperare apibus tuis intra priuatū uolēt: ne ortoꝝ meorū floribus īſidāt: ne ī meo rorē legāt? Remoue: trāſfer. īpotētiſſime tyrāne quo? nūqd tā latū poſſideo agellū: ut illum apes trāſuolare nō poſſit? Neq; tamē tātū ierat pectori meo robur: ut non pturbarer denūtiatiōe notæ īpotētiæ. Volui relinquere auitos lares: & conſcios nataliū parietes: & ipſā nutriculam caſā: iamq; pauperem focum: & fumoſa tecta: & conſitas meis manibus arbuſculas: deſtinatus exul decreueram. Volui iudices decedere uolui: ſed nullum potui inuenire agellum:

in quo non mihi uicinus diues eſſet. Nec tamen licuit diu quærere. Forte ſerenus pura luce fulſerat dies: & hylaris matutini ſolis tepor ad quottidiana opera lætius ſolito agmen effuderat. Quin ipſæ ſpectator opis (præcipua nanq; hæc mihi uoluptas erat) preceſſeram ſperans fore ut uiderem quemadmodum aliæ libratæ pēnis onera conferrēt: aliæ depoſita ſarcina in nouas prorumperent prædas: & q̃ quam auguſto feſtinaretur aditu: turba tamen exeuntium non obſtaret intrantibus: aliæ militaribus caſtris pellerent uulgus ignauum: aliæ longum permenſæ iter fatigatæ hanelitum traherent: hæc ad æſtiuum ſolem porrectaſ panderet penas. Miſerum me ignoſcite modo gemitibus meis. Non floſculos perdidi: nec caduca folia proximo lapſura uento. Apes cum uolarent effugium tenuitatis meæ ſolatium ſenectutis amiſi. Nunquam me alias pauperem putaui. Triſte me excepit: expectatq; ſilentiū: & inanis aluei incohata tantum opera & rudes ceræ. Vos Iudices extimate quatenus recipiatis hunc affectum meum. Libenter bibiſſem ſi inueniſſem uenenum. Hoc mihi damnum non brumæ glatialis penetrabilis rigor: nō ſuppreſſi longa ſiti flores induxerunt ieiunam miſeris famem: non auiditas iniuſta domini nihil mellis reſeruauit. Non æqualis feſſas morbus inuaſit: non damnatis ſedibus ſuis auias fuga petiere ſiluas. Apes pauper miſer in opere perdidi. Parauit homo nefarius ante omnia tantum ueneni: quod poſſet & diuitis ortis ſatis eſſe: & liniuit flores maleficis ſuccis & ī uenenum mela conuertit. Sparſit omnibus floribus mortē: & quāto plura interī corrūpit: q̃ quæ apes abſtuliſſent. Illæ ſtudio quottidiani opis excitatæ: ut primū aurora lucē uocauit: ī aſſueta miſeræ paſcua uolāt: ut anteq̃ noctis humorem radii ſolis ebiberēt: matutinos legerēt rores: & cæleſtes aquas ad horreum ferre poſſēt: nec ſibi ſed operi biberent. Hic triſte ſpectaculum: & tantum non ipſi qui fecerat miſerādū. Illa ad primū feralis ſucci hauſtum inſolito conſternata guſtu fugit: ſed fugiſſe nihil ꝓdeſt. Illa

longiores expetitura paſtus in altum tollitur : uitamq; ĩ au
ra relinquit. Hæc primo ſtatim floſculo immoritur. Illa ri
geſcentibus morte pedibus exanimis: ſicut heſerat: pēdet.
Alia defecta nixu uolandi adhuc p̄ terram languide repit.
Si quas tamen uſq; ad ſedem ſuam diſtulit mors lentior(ſi
cut egre ſolent)ſub ipſis pendere portis in globum nexas:
& mutuo amplexas mors ſola diuiſit. Quis figurare
poſſit: quis dicere: q̄ multas mali formas: q̄ uaria leti ge/
nera fecerint tot mortes? Semel: ut ipſe triſtem finiam ex
poſitionem dicendum eſt: omnes perdidi. Celebre illud
aluearium & domino ſuo notius ad nihilū recidit. Aude
te nunc laceſcere diuitem: quibus uitæ cauſa ſupereſt: exe/
rite libertatem fortibus uerbis ſi quid offenderit: & quod
difficillimum fuit: iam expertus eſt uenenum. Quod ſi mi
hi fortuna uel ingenii uires: uel ſuas dediſſet: crimen iſtud
non priuatam taxationem formule merebatur. Venenum
leges habere: emere: noſſe deniq; uetant ineuitabilem pe/
ſtem occulta fraude graſſantem. Male hæret ibi innocen
tia: ubi in poteſtate eſt ſecretum ſcelus: uelut uenenum &
quidem præſentaneum inuentum compoſitum datum eſt:
Quantulum intereſt quis biberit? Homo dedit: & homi
ni dari poteſt. Non adeo deſūt odioꝝ cauſæ: ut iam rara ſi
multas ſit: & ut uideat̃ aliquis nihil magis q̄ malos odiſſe:
libebit aliquādo longiuſ manum porrigere: indulgere ani/
mis. Credite mihi iudices difficilius eſt uenenum inueni
re: q̄ inimicum. Sed me conſcia mediocritatis infirmitas
intra meas tantum modo continet querelas: Non damnū
idem iudices grauiſſimum. Pauper uulnus accepi: quod
mihi diutius deflendū apud uos: q̄ ꝓbandū ē. Nā coarguē
dis q̄dē criminibus q̄s labor ē aduerſus cōfitētē? Habet di
uites hoc quoq; cōtra nos cōtumelioſū: q̄ nō tāti uidemur
ut negēt. Porro q̄ cōfeſſū defendit nō abſolutionē ſceleris
petit: ſed licētiā. Lōgius iſta q̄ timui q̄ſtio ꝓuenit: nō d̄ præ
terito tātū litigaūs: hoc agit̃ ut ēt ſi q̄d forte reparauero:
iteꝝ diuiti liceat occiderẽ. In duas. n. q̄tū aīaduerterẽ potui

queſtiones diuidit cauſam: an dãnum ſit: & an iniuria datum. Negat eſſe damnum quod animal liberum: & uolucre & uagum & extra imperia poſitũ pdiderit. Negat iniuria datum: quod in priuato ſuo: quod eas quæ ſibi nocerent extinxerit: poſtremo quod ſparſo tantum per flores ueneno ipſæ apeſ ultro ad mortem uenerint. Vt nihil eſſet quod his poſſem reſpondere: æquum erat inter uicinos ſic agi? Sed excutiã ſingula: nec prius meis argumentis nitar: quam diuerſa repulero. Quoniã quidẽ queritur an damnum ſit pdere: quod lucrum eſt habere. Liberum eſt animal puta: non dico fœtus meis manibus exceptos: ſed & in tutam conditos ſedẽ: & reſeruatis ad ſupplementa generis fauis examen uernaculum. Quoniam quidem tyrannorum iura defendis: natos in priuato meo: puta me uel inanis arboris trunco: uel cauis inuẽtos petris: domũ fauos retuliſſe: multa nihilominus quæ libera fuerãt tranſeunt ĩ ius occupantium: ſicut uenatio & aucupatio. Nam ut cœtera animalia hominum cauſa finxerit prouidẽtia: quod omnibus naſcitur: induſtriæ præmium eſt. Quid autem non liberum natura genuit? Taceo de ſeruis quos bellorum iniquitas in prædam uictoribus dedit: iiſdem legibus: eadem fortuna: eadem neceſſitate natis. Cur in frenatis equis uictor inſidet? Ex eodem cælo ſpiritum trahũt: nec natura uilis ſed fortuna dominum dedit. Cur iniuſto quottidie iugo boum colla deterimus? Cur in uſum ueſtium ſæpe pecori lanæ detrahuntur? Taceo de ſanguine & æpulis per mortem paratis. Si omnia quæ libera generantur naturæ demus: deſinitis diuites eſſe. Si uero hæc conditio eſt: ut quicquid ex his animalibus in uſum hominis ceſſit: proprium ſit habentis: profecto quicquid iure poſſidetur iniuria aufertur. Vt uolucres mites & alia quæ per ruſticas uillas quæque ditibus cellis ſaginantur: in quibus tantum domini ambigua poſſeſſio eſt: & uacæ & armenta & omne pecudũ genus. Sed illa impoſitus cohibet magiſter. Peius ne domino in iis ius eſt: quibus cuſtode non opus eſt?

Nam ſi hoc dicitis nihil eſſe noſtrũ : quod perire poſſit: ex
nullius animalis dãno hæc edi formula poteſt. Nam & er/
rare pecudes ſolent: & fugere mancipia . Si hoc in cæteris
nõ obſtat uagari: tu nolles ĩ opus exire : & ad quottidianũ
cenſum laboris aſſidui non detractare militiã. An nõ ip/
ſe domũ ſua ſponte reuolãt : finemq; laboris ſui ſolæ meti/
untur: & omnis intra ſolitas domos turba condit̃ : noctẽq;
modeſto ſilentio trahunt? Age porro ut nõ ſit earum certa
poſſeſſio: dum uolant: nẽpe cũ remearunt concludi tranſ/
ferri: donari: uenire poſſunt: in poteſtate ſũt . Quomõ ãt
põt ſine dãno meo perire: quod quottidie meum eſt? At ex
tra imperia poſitum eſt. Mirum hercle: ſi negato comertio
ſermonis humani: ſunt in cæterorũ animaliũ forma. Tamẽ
quam dominus dedit incolũt ſedem : laſſiuientem luxuria
fugã tinnitu compeſcimus . Etiam ſi diuerſis regibus exor
ta ſeditio ãd bellum inflãmauit iras: exiguo puluer̃ uel uni
us pœna ducis reſſidet omnis tumor . Illa uero admirãda
ſedulitas: ꝙ operi totus inſumit̃ dies : in dominorum re/
ditus ablata ſupplentur . Age ſi obſequi poſſent: quid am
plius imperares? Intelligo his uanis ultra neceſſitatem cẽ
reſponſum. Si non ſunt apes meæ : ne id quidem quod his
efficitur meum eſt. At qui nulla unquã inueniri potuit im/
pudentia: quæ fructus melis in dubium uocaret . Hoc er/
go fieri poteſt: ut quod naſcitur meũ ſit: quod generat alie
num? Age ſi mihi aluei furto abeſſent: utrum nulla daret̃
actio? An uiminis modo uiliſq; texti prætium formula ta
xaſſem: & proinde agerem quaſi ĩanes pdidiſſem? Niſi fal
lor eſſet æſtimatio & apum . An tandem quas ſurripere nõ
liceret: liceat occidere? Nõ eſt dãnum ꝙ exutus ſum: ꝙ re
ditus perdidi: ꝙ annuos fructus præſidia paupertatis ami
ſi ? Non eſt damnum id perdidiſſe : quod( ut proximo
utar argumento )ſi habere uoluero emendum eſt ? Quid
ergo tibi opus eſt maleficis ſucis : cum liceret palam tru/
cidare : & plenas uel cremare igni uel aquis immerge/
re aluos ? An eſt aliquod animal quod non liceat niſi

uenenis occidere? Vt dãnum ſit inqt iure tamen feci in priuato meo. Per fidem ueſtram iudices ſuccurrite exẽplo: nõ ſufficit his partibus unus ruſticus pauper. Obuiã publice eundũ eſt: & obiiciendæ aduerſus naſcentẽ licẽtiã conſenſu manus. Credite mihi maior lite queſtio eſt. Hoc uobis hodie iudicandũ eſt: ubi ſcelus facere non liceat. Nã cur non hoc idem de homicidio reſpondeat: cur non de latrocinio? Non enim iure iſta ſed mõ differunt. Aperit ingẽs funeri uia: & obluctantia diu legũ uelut clauſtris ſcelera libera porta prorumpunt. Si in priuatum iura non ueniũt: & in manifeſtiſſima quaq; noxa: nõ de facto queritur: ſed de loco: nõ æqua portiõe cum ſceleratis terras diuiſimus. Vbi enim iam non diuitum priuatum eſt? Parum eſt proximos æquare terminos: & poſſeſſiones ſuas uelut quaſdam gentes fluminibus montibuſq; diſtinguere. Iam etiam deuios ſaltus: & ſiluas uaſta ſolitudine horridas occupant: tot aquæ intra paucorum umbram latent: e finibus ſuis populus excluditur: Nec ullus procedentis finis eſt: niſi cum & in alterum diuitem inciderit. Adhuc tamen ſpolia tranſeũtium & abacti pecorum greges ſub hoc titulo defendebantur. Iam priuati ueneni tranſcriptio eſt. Iterum Iudices ac ſæpius admoneo conſiderate diſcite aut nihil uſq̃ contra ius licet: aut in priuato omnia. At enim aduerſus inferẽtem damnum iuſta ultio fuit. Dicam nunc q̃ iniqua ſit in uicem iniuriæ compẽſatio quamq; nõ ſolum legi aduerſa: ſed paci. Barbarorum mos ẽ populorum: quos procul omnis iuris humani ſocietate ſummotos proximos beluis natura efferauit. Nos ideo magiſtratus legeſq; a maioribus noſtris accepimus: ne ſui qſq; doloris iudex ſit: & aſſiduæ ſcellerum cauſæ ſe reffellant: ſi uitio crimen mutabitur. Damnum accepiſti. Erat lex: forum: Iudex: niſi ſi uos iure uindicari pudet. At me hercle iam ad arma mittimur: & inſtituitur pernicioſa nocendi contentio: & inuicem legis ira ſuccedit. Premetur quidem obnoxia infirmitas: & paucorum dominio ſubiecta plebs triſte ſeruitium perferet.

Eſt tamen nec pauperibus interim dolor: & ut facilius no/bis noceri poteſt: ita uobis latius. Poſtremo placeas licet tibi opum tuarum fiducia diues: ſi mihi inuidere non expe/dit: pares ſumus. Quid ergo? Si quid tibi dāni attuliſſent apes meæ: non mihi aufferretur ratio: ſed forſan aliqua daretur & tibi. Nunc uero quid quereris? Credo depopulatos agros euerſoſq; redditus. Non enim debet leue eſſe dā/num quod diues ferre non poſſit. Decerpebant inqt flo/res meos. Et quid intelligitis iudices quanto dolore dignū ſit quod ego pdidi: ſi etiā hoc dānum eſt flores aufferri? Ita plane. Alioquin tu illos in uetuſtatē reſeruabas: & durarēt adhuc niſi ad ortum tuū apes ueniſſent. Cuius rei inueniri poteſt breuior aetas? Nanq; dū immaturos exterior alligat cortex: nondū dixeris florē: paulatim deinde uiuidore ſucco tumeſcit uterus: & albentes accipit rimas: nec dū tamē flos eſt. At cū ſe ruptis iam tunicis in patulum capita fu/derunt: & uelut fixa in orbē iamq; eorum uidet maturitaſ: & ignotus occaſus eſt. Etiā ſine uētis quoq; ſoluta natura: labitur gratia floris. Nec quiſq̄ eſt flos niſi nouus. Quare ſi dicerem abſtulere peritura: & quæ ꝓtinuſ humi iacuiſſēt ī uſus hominum cōuerſa: inauditus tamen liuor uideretur etiā apibus inuidere. Nunc uero diſſerendū mihi eſt: q̄ momentoſa ſit huius aīalis rapina. Neſcimus qua ꝑnicitate plerūq; uix contactis floribus reuolet: diſcurratq; p ſingu/los uelox experimēto: q̄ etiam ubi immorabantur libratis pendeant alis. Quis unq̄ quod ferentē apem uiderat: ubi deeſſet inuenit? Quantulū uero eſt: quod ex his manu cō ſitis floribus legant? Prata ſiluæq; uel maturæ fructibus uites & fragrantes thymo colles (quantum coniectura ſuſpicari pōt) pabulum miniſtrant. Non ex omnibus floribus carpunt utilia operi ſuo: ſed in omnibus quærunt. Præſēs & quidē ꝓtinus illa reddit merces: ꝙ omnibus quibus inſidere: odorē mellis inſpirant: & breui contactu uim ſui re/linquunt. Hoc tu damnum intelligis? Hoc ueneno uindicas? Quod mehercle in humane etiā fumo prohibuiſſes.

An non te ſolus uicinus colui? Non frugum mearũ primitias omni uere miſi? Non ſi quis ceris nouis candidior incidit fauus tuis reſeruatus eſt menſis? Cum paruis mediocritate munuſculis illa ſemper adiiceret comendatio: hoc tibi mittunt apes meæ. Puto relata eſt mihi gratia. Admonui inquit et ut tranſferres denuntiaui. Idcirco contumacem merito puniſti. Non enim uideo qd aliud patrocinio tuo conferat hæc denuntiatio ſuperuacua. Si non licuit tibi facer̃ qcquid queror iniuſta: ſi licuit ut ſine iſta: ac ne cũ iſta quidẽ ualeat. Pudoris uero quod uelamentum eſt: male audire: culpã defendi ſuperbia? Aut tandem tuas pecudes quãuis diffuſa ſtabula nõ capient: tibi omne armentis mugiet nemus. Tu gregibus arua ſicabis: & ad excolẽdos agros ꝓcedet ignota etiã uillicis familia: Tuis horreis populi ãnona pẽdebit: nec tamẽ iuidebimus: nec qſq̃ tã graue putabit ſibi iſtud fortunæ tuæ põdus. Nos ſi paucas apes ĩtra ãguſtias pauꝑis orti cõpoſuiũs: q̃ tamẽ nobis mella ſatiũt: Id ꝓrſus idignũ ferẽdũ ẽ: & qd nũq̃ fãdo cognitum ẽ: uicinus diuiti pauꝑ moleſtus eſt? Adeo parũ eſt plurimũ poſſidere: ut cũ ſeruis quoq; ueſtris habere peculiũ liceat: inuidioſum nobis putetis: quicqd ægeſtatis nomẽ exceſſerit? Tanto ne his (in hac ut putamus æquiſſima libertate) legibus uiuimus ut nobis habere medellã non liceat: uobis habere liceat uenena? Poſtremo quidẽ diuitis patrocinio non putaui iudices reſpondendũ: niſi rideri ur̃am maieſtatem contumelioſa defenſione non ferrem. Vltro enim inquit ad mortem uenerunt apes tuæ. Ita plane. Alioquin tu uenenum floribus dederas. Impudentiæ ne iudices eius aſſignẽ: ſi hoc mihi apud uos obtinuerit: an ſtultitiæ ſi ſperauit? Si uenenum homini dediſſet diceret ipſum labiis admouiſſe pocula. Si ꝑcuſſorem impoſuiſſet in ſaltu: ipſum in inſidias ultro ueniſſe clamaret. Si telum abiectaſſet ĩ tenebris: illatum ſua culpa contenderet: Ego iudices quid dico? Duo ſola eſſe quæ omni in crimine ſpectanda ſunt: animũ & euẽtũ. Quis aĩus diuitis fuit: cũ uenenũ ſparsit?

Vt apes perirent. Quis euentus? Perierunt. In ſũma uero quis dubitet quin damnum ſit ei imputãdũ: ſine quo nõ accidiſſet? Intelligo neq; prudentiam ueſtrã deſiderare plura de cã: neq; ueſtram fidem ac religionem egere exortatõe uere iudicandi: Quid moror igitur? Tenet me dolor & aſſuetæ uoluptatis deſiderium. Sũt quædam ĩ hac cauſa: quæ ſarcire pœna non poſſit. Maior forſitan materia uideat affectus. Si pauperes amare niſi paria nõ poſſumuſ: & neceſſario nobis præcioſa quæ ſola ſunt: animum meũ extinctæ unius horæ momẽto tot animæ mouent: quot perierunt de me bene meritæ. Quin ipſum læti genus addit ĩdignationem: ueneno perierunt. Quis hoc ulla ſatis proſe qui poſſit inuidia? Apes ueneno. Hæc illis gratia reffert: ꝙ fructibus noſtris inuigillant: ꝙ quottidiana ſtatione laboris aſſidui ne damno quidem ſũmouentur. Nam & cœtera animalia uidet mihi natura uſibus nr̃is genuiſſe: hæc etiã delitiis: cũ eo ꝙ ĩ illis quæ uel ſcindendo ſolo uel maturando itineri comparamus: multus ante redditus inſũmit labor: & cum perdomanda: cum alenda ſint nihil tamen ſine homine poſſunt: & tantum coacta proſunt. Apes fatiunt iniuſſe: ac ſine ullo rationis humanæ miniſterio totus fructus ultro uenit. Adiice ꝙ cætera animalia aut ſatis incurrunt: aut uitibus nocẽt: primaq; ut fama eſt: hoſtiæ cauſa pecudi fuit leſa fruges. Harum ita innoxius per prata ſiluaſq; diſcurrit labor: ut tãtum factũ opus appareat. Qua ſatis digna ꝓſequar laude? Dicam animal quodammodo paruum hominis exemplar. Hoc humana excogitare non potuit ſolertia. Etiã ratio noſtra: quæ ſub terris lucrũ inuenit: quæ maria inquiſitione ſua ſyderibus immiſcuit: hoc tamen efficere conſeq imitari nõ potuit. Venena potius inuenimus iã primũ futuræ laudabilis uitæ digna pricipia. Nõ illas libido ꝓgenerat: domitrixq; omniũ aĩaliũ uenus. Vtq; homines in excuſationẽ ſui fabulis tradiderunt: etiã deorum poſteritas has regnis ſuis excepit. Abeſt inimica uirtutũ uoluptas caſtis ſine labe corporibus. Solæ omniũ

non edunt fœtus ſed fatiunt. Ipſe paulatim ſicut ſtipatæ ſunt per mella uiuiſcunt: & ut oportet animal laborioſum: ex opere naſcitur. Inde ut adoleuit iuuentus & ad ſimiles laboreſ aetas roborata conualuit: relinquitur liber paren/tibus locus. Et ne coacta in anguſtum multitudo noua tur ba laboret: quaſi habita uerecundiæ ratione: cedit popu/lus minor: ſuſpenſumq́ ꝓximis ramis examẽ: humanas ma nus expectat. Acceptas cum fide colit ſedes. Et cum inge nia noſtra: quæ nos ſcilicet ambitioſi noſtri extimatores ꝓ xima diuinis credimus ad percipiendas diſciplinas multo labore deſudent: nulla apes niſi artifex naſcit̃. Q uid cre/das aliud q̃ diuinæ partem mẽtis his animis ineſſe? Q uid præcipuum referas? Non ut cætera aĩalia p paſtus uaga ĩ/certũ qeti capiũt cubile: noctis arbitrio ſemp habitatura: ſed tutas ſedes continent. Vrbes tectis: turba populos imi tantur. Non ut feræ uolucres: non ut præſentis modo cibi memores ĩ diem uiuũt. Duraturus hyemi reponit̃ uictus: & repletis uere cellis tutus annus eſt. Etiam cum ad hũa/nos uſus opa ſubducta ſunt: reparare amiſſa contendunt: & labor dãno incendit̃: & nunquam defficit animus ãteq̃ locus. Q uid quod inter aĩalia quæ non uerba cõiungunt: non uerba rationis ĩuicẽ negant: tãtus operis cõſenſus eſt: tanta difficillimæ rei laboris concordia? Non humano ui tio in ꝓximos quæq́ uſus lucrũ ducit. In publicum uiuit̃: & cõmunes opes cõgerunt̃ in mediũ. Nefas eſt delibar̃ gu ſtu: priuſq̃ plena horrea ſecuros ſpondeant menſes. Q uis porro tãtus ardor operis: quæ ue officioꝝ partitio: ut aliæ congerant onera: aliæ accipiant: aliæ liniant? Q uæ ſeue/ritas ĩ caſtiganda inertia? Multa dictu uiſuq́ mirãda: præ uidere tẽpeſtates: nec dubio ſe cælo tradere: nec ultra uici niã nubilo tendere. Nã ſi leues iniqor aura rapuit: ad dir/rigendos in deſtinata curſus modico lapilli pondere librar̃ pennas. Illas maioꝝ pectorũ totis ꝓ rege caſtris ꝓcurrer̃: & inire bella mortẽq́ honeſtã pro duce oppeter̃. Adiice qꝺ ſi quas aut aetas longior aut morbus oppræſſit: efferunt̃

prius corpora: poſteriorq; operum q̄ funerũ cura ē. Q uid illigare cruribus flores: quid ore ſuccos in publicum ferre? Me tamen ipſius operis præcipua admiratio ſubit. Non ē temere nec fortuitã figuram & ſedes modo reponendis cibis quæſiſſe credas. Rudis cera componit: accedit uſibus inenarrabilis decor. Nam primũ tenacibus uinculis fũdamenta ſuſpendunt: tum ab exordio in omnem partē opus æqualiter creſcit: nec quicq̄ ex ĩcohatis paruum eſt: quod non ſua portione perfectum ſit: nec alia parte opus eſſet. Gemina frons ceris imponit: & cum foraminibus tantum ſpatium det quantum ad generãda examina purã ſpem capiat (Ipſi enim ſibi inuicem anguli herent) ita mutuo uinciuntur atq; alligantur: ut quod uoles id medium ſit. His textis ne uniuerſi mellis effluat pondus: interſepta onera cluduntur. Q uis non ſtupeat hoc fieri poſſe ſine manibus? Nulla interueniente doctrina hanc artem naſci? Q uid non diuinum habent: niſi ꝙ moriuntur? An uero auctorem uini liberum colimus? Primitiæ frugum cereri referuntur: Inuentrix oleæ minerua narratur? Mella genuiſſe minus eſt? Et interponenda guſtus uoluptate tantum effeciſſe: quãtum ne ipſa quidem rerum natura per ſe potuit? Ad plurimaꝵ incurſus ualitudinum remedium eſt: præſentiſſima medicina. Nam quod ad cibos quidē pertinet: diuites uiderint. His animalibus aliquis inſidiari potuit: & inſidiari quare mella facerent? Hæc peſtiferis ſuccis exquiſita per fraudem morte confecit: & quod ſit indigniſſimum: quo facilius deciperet: fortaſſe uenena melle promiſcuit. Q uæ tam ĩhumana crudelitas? Q uis tam inauditus liuor? Nihil eſt ꝙ utaris patrocinio tuo diues. Paucorũ damno foliorum doluiſſe te ſimulas. Dum meas apes occidere uis: flores tuos inutiles feciſti.

Argumentum :

Eretrix amatori ſuo pauperi dedit odii potionē : Adoleſcens deſiit amare . Accuſat illã ueneficii :

Pro Iuuene Contra meretricem :

Entio Iudices hanc quoq; calamitatibus meis acceſſiſſe nouitatem: ut uobis nundum uidear odiſſe. Nec me præterit plurimum perir̃ de nocentiſſimæ potionis inuidia: dũ me putatis adhuc impatientia priore miſerum . Q uæſo tamen uel hinc totam delati ſceleris probationē grauitas ueſtra ꝓſpiciat: ꝙ dolori meo querelæq; non creditur: nec amo qui accuſar̃ poſſum: nec odi qui amare mallem. quid eſt aliud quod bibi q̃ uenenum? Licet igitur nocentiſſima fœminarum rideat ꝙ accuſo: & in manifeſtiſſimi ſceleris confeſſione p ludibrium malorum euader̃ temptet meorum: Non hoc eſt qd̃ hodie me torquet ac lacerat: nõ ꝙ a deterrimæ mulieris caritate diſceſſi: ſed ꝙ remedii mei patior dolorem. Fidē iuſtitiæ: fidem ſeueritatiſ humanæ: ne meretrici proſit: uel ꝙ præuaricatione uideor explicatus: Pro me forſitan fuerit: ut amare deſinerē: contra me iuentũ eſt: ut inuitus odiſſē. Hoc primum itaq; iudices aclemētia publica peto: ne ꝙ uidetis triſtem habitu dirumq; conſpectu: uerbis aſperum: contentione terribilem: mores puteris. Hæc eſt illa ſanitas mea: hic omnium in hac corporis mentiſq; dierũ noctiũq; feritate: ille modo lætus: ille(ſi creditis)nimium remiſſus amator excandui: Miſeremini Iudices: ne uobis uenefica ſic imponat: tanquã hoc mei caritate cõmenta ſit. Suum animum: ſuum tantũ ſecuta faſtidiũ eſt. Odii potionē nemo cõtra ſe dabit homini: niſi quē oderit. Q uæſo itaq; obteſtorq; uos ſãctiſſimi uiri: ut calamitatis meæ pœnitus uelitis eſtimare mēſurã: Perdidi iſcœlix ꝙ q̃doq; potui amar̃: deſiner̃ patior neceſſitatē rei: quã breuiter utiq; noluiſſē.

Excogitatur contra animũ futuramq; rationem: ne quod relinqueret meus eſſet affectus. Iterum cum meretrice cõ/poſitus ſum: rurſus in ſe cogitationes meas: rurſus retorſit oculos: & hominẽ quẽ ab incõmoda caritate uel ſacietas: uel aetas: uel fortunæ ſuæ fuit dimiſſura cõditio: ad ꝑpetu am impatientiam uiribus nimiæ cõuerſationis implicuit. Hoc ſolũ inſanabile genus eſt mortis: ut odiſſe cogaris. Fe ſtina ad cõplorationem præſentis doloris animæ: feſtina. Sed quia a prioribus malis recens abducit indignitas: alti us gemitus: altius querela repetẽda eſt. Cum meretricis ſit ꝙ amator odi: cuius putatis eſſe ꝙ paup adamaui? Nõ qui dem ego Iudices ex illis unq̃ fui: qbus nobiles opes: affluẽ tes indulſit fortuna diuitias: quorum fœlicitas capere poſ ſet in amore luxuriam. Habui tamẽ unde ad uitæ neceſſita tes conceſſa gaudia parca mediocritate ſufficerẽt. Ideoq; meretrice tantũ: & quæ certiſſima eſt in uoluntate fragili/tas: una fui ſemp eademq; contentus. At iſta ſeria grauis: quæ nũc amari recuſat o q̃ uoluit amari. Q uibus artibus: qua calliditate miſerã ſimplicitatem meam ſollicitauit pri mũ: deinde tenuit: donec quantulãcũq; ſubſtantiã i huius ſinus credulus: iam iamq; ſecurus amator egererem. Iã fru/ſtra captauit uideri miſerari cõditionem: i quã uos ipſa de traxit. Breuiter totum nocentiſſimæ mulieris accipite fa/cinus: pauperem me fecit: deinde ferre nõ potuit. Siue. n. iudices cõmuniũ: quæ ad corrũpendas expugnandaſq; mẽ tes excogitant ingenia: meretricum placuit experimentũ: & in me temptatum eſt: quantum quis amare: q̃tum quis poſſet odiſſe: ſeu mulier omnibus expoſita mortalibus ua/nitatem faſtidio mei deſpectuq; captauit: ei fama de iquæ ſita eſt: ut a ſolis uideretur amari debere diuitibus. Non erat profecto quod paulo ante patiebatur noſter affectus: ꝙ ſcortorum foribus herebam: ꝙ (ſi iſti creditis) pauper/tatem in lupanarium obſequia tranſtuleram: pallor & deformis maties inde ueniebat: unde nunc ꝙ excan/deſco ꝙ fremo. Nunquam hoc tantum meretrix ſcit

quemadmodum non ametur. Quod negari igitur nō pōt iudices: uirus homine firmius: mente conſtantius: q̃ in modico ardoris æſtu & exudāte impatientia poſſit etiā recuſantis animi dolorem cōpeſcere: diris utiq; carminibus & feralium præcationum terrore permixtum: lenitate uultus & blanda porrigentis diſſimulatione protectum: iam peruſtis iam laborantibus uiſceribus infudit. Et hominem ſolatiis potius ac mollium remediorum ratiōe tractandū exaſperauit ira: dolore concluſit: magnaq; miſerum cōmutatione renouauit. An fecerit iudices ut amare deſinerem: uos extimabitis. Fecit ut amare mallem. Explicitum me putatis: & ab incommodo hilariore dimiſſū? Nunc nunc me fateor debere ſanari. Habet aliquod ſolatium qſquis in amore miſer eſt. Leuior eſt calamitas cui blanditur aliquid de uoluptate letitia. Nūc infœlix uror ac laceror: nunc retinere mentem: nunc regere nō poſſū. Crudelius eſt odiſſe meretricē. Veneficii ago. Seposita paulſp Iudices noxiæ potionis inuidia: nō ne uobis uidet̃ implere ſceleris fidem: quod abſtulit fidē cōditio pſonæ? Veneficium iudices tota uita meretricis eſt. Parum ſe lenociniis: paꝝ putant agere mendatiis. Et cū omnis ad expugnādas mentes cura collata ſit: ſufficit tamen ut de ſui caritate corpori credāt. In hoc noctiū dierūq; ſollicitudo cōſummit̃: quēadmodū de libidinibus fiat affectus: q̃ rōne trāſcurrētia quottidie deſideria teneant̃: ne cui ꝑſit offēſa: ne quē explicet pudor: ne quē ſatietas aliquādo dimittat. En quā putetis ignorare: qbus uincat̃ oculis: quæ p incōmoda deſideria flagrantes mētes corrūpat primū: deinde conſūmat: cū ſciat qbus oſcula: qbus artiſſimi rūpant̃ āplexus: quæ ꝑ lætitia dolorē: pro blanditiis gaudiisq; triſtitiā præcipiti uelocitate ſubſtituunt. Infinitū eſt quantum ex hoc medicamēto depræhendi poſſit notitia peiorum: nemo ſcit tantū remedium. Tēptat Iudices mulier impudentiſſima ſceleris inuidiam nomine potionis effugere & uenenum negat eſſe tantum: niſi quod occidit. Facinus eſt iudices euadere no

centes: quia iam facinus plura deuitat. Quid refert anío noceat aliquis: an membris? Eodem ſcelere porrigitur omne quod non licet. Vnum quodq; ex his quod datur uenenum eſt. Excuſatio mehercle: adhuc pro ſexu tuo: pro conditiõe mulieris. Sed ut illa noſſes gratia tui: deſideriumq; poſſet ingerere nolentibus: excogitaſti per quod maritos a coniugium caritate diducas: per quod iuuenum mẽtes abiungas ab aliis fortaſſe meretricibus. Odii medicamentũ nunquam ideo tantũ meretrix habuit: ut illo contra ſe uteret͛. Me quidem Iudices: ſi quis interroget: in compatiõe ueneficii de quo queror: minus odiſſe debeas quod occidit. Et ſi qua ex ipſis quoq; mortiferiſ mitiora ſũt: quæ ſtatim tota uelocitate graſſantur: & dolorem inter exitum uitamq; non detinent: ita crudelius quod ſic ordinat͛: ut corporis parcat inuidiæ: & ſit tantũ animi uenenũ. Quid ais non eſt noxiũ uirus niſi ꝙ occidit? Quid ergo uocaremus illud quo lumina ſola raperent͛? Quo pars aliqua mẽbrorum debilitate langueſceret? Tu te ueneficam negas: quæ potes potione facere: quantũ offenſæ: quãtum ira: quantum dolor? Amabit cui permiſeris: execrabitur ille quem iuſſeris: Accipient a te deſyderia noſtra ortum: finem modum. Sane & amor & odium naturalis uideatur affectus: ueneficium ſunt cum iubentur. Quid quod non poteſt nõ habere uim ueneni: quod contra uolũtatem homini dat͛? Video cur medicina ſibi permittat corpoꝝ uitia membrorumq; morboſ infuſis medicaminibus expellere: & ſine aĩæ ſpirituſq; contagione quecunq; extrinſecus accidunt potione uincũt͛. Nõ põt ullus affectus ſedibus ſuis ꝑ uirus expelli: niſi totoꝝ cõcuſſiõe uitaliũ: & cũ aĩa conſtet ex ſenſibus: quecũq; aufferre temptaueris: illa ſtatim prima noſtri ꝑte prioribus rettẽto: cõfectoq; qđ petebat͛ reliqua quoq; uiribus uicinæ tabis expirant. Quædã fortaſſis medicamina poſſũt aliud uocari ꝗ uenenũ. Dare quod non licet: nõ eſt aliud quam ueneficium. Quantum nefanda de pœnis humanis excogitare potuiſti? Innocentius me herculẽ

fuerat ut amaret aliquis inuitus . Potionē excogitaſti qua
bella cōmittere: qua ſe totum humanum genus poſſet odiſ
ſe . Poteſt efficere ut non ament liberos parentes: ut propi
quitates: ut fraternitas: ut amicitia ſe collidat . Odii po-
tionem nemo accipit: niſi contra hominem : quem non de
bet odiſſe . tēptat hoc loco nocētiſſima fœminarum de ſce
lere ſuo facer̄ benefficium. Meretricem inq̄t amaueras. diſ
fero pauliſper Iudices affectus huius excuſationem . Dii
deæq; quantum in hoc contumeliæ eſt : ꝙ ſibi meretrix ui-
deť adamata . Tu tibi cuiuſq̄ affectus cenſoria grauitate
præſtabis? Tu tibi extimare ꝑmittis: q̄ frequenter aliquis
lupanar intret? Tu cui nō licet excludere debilitates: faſti
dire ſordes: expoſita ebrietatibus: addicta petulantiæ : &
que nouiſſima uilitas eſt noctibus populoq; conceſſa: mo-
res iuuentutis emendas? Aeqore animo feras: ut meretrix
uelit adamari . Eras inquit amatot: & pauper . Volo iudi
ces ſic apud uos pauliſper agere: tanquam in hoc me affec
tu propinqui amiciq; caſtigent . Non ego alicuius matri-
monii corruptor inuigilo: nec efferas cupiditates per illici
tos duco complexus . Inuentas credo meretrices: ut eſſet
aliquid quod liceret amare pauperibus. Nullam ego circa
corpora iſta conſiſtere impatientiam puto . Diliguntur im
modice ſola quæ non licent . Vt in furorem caritas aliqua
conualeſcat: opus eſt difficultatibus . Breuis de conceſſis:
& ſtatim ſacietati uicinus affectus eſt . Non fouet: non nu
trit ardorem concupiſcendi: ubi frui licet . Et quæcunq; ī-
mentibus circa permiſſa coaleſcunt: non ſunt deſiderii ſed
uoluntatis : Hoc ipſum tibi mulier obiicio : ꝙ nos in fa-
bulas ſermoneſq; miſiſti . ſolus debet amare meretricem :
quem meretrix oderit : Pauperi dedit odii potionem .
Quid illam putatis dediſſe diuitibus? Si me hercle repē-
te nobis contingerent opes: iterum nos ī ſui caritatem alia
potione reuocaret: & iſta nunc ſeria grauis uellet impatien
tia prior̄ retinere. Meretrix pauperem amatorē ꝓpter ſe tā
tum nō poteſt pati . Amanti inquit dedi . Hoc ſi remediū

eſt: detur ſitienti. Prima pars ſanitatis eſt: ut libenter acci
piat. Quinimo cur non potius amaturo? Quāto melius:
quanto ꝓuidentius & minore bibentis dolore cōſtabit: ut
adhuc libentē aggrediaris animum: ut adoleſcentis ardo/
ris impetus in paruis extinguat̄ elementis. Eo tēpore das
potionem quo pariter duos patiar affectus. Aliam impa/
tientiam paras: & accipio odium: quia iā amorē ferre non
poſſum. Non deſino ſed eſſe aliud incipio. Nec emendor
in amor̄: ſed trāſferor. Illa uero ſunt remedia: quæ fugatis
morbis cauſiſq; langoris poſtea non ſentiunt̄: & ea tātum
innocēter dabunt̄: quæ potentiæ ſuæ qualitate cōſumpta
deſinunt: cum ꝓfuerunt. Tu mihi dediſti quod ſemper ex
aſperaret. Perpetua res eſt odiſſe ſine cauſa. Ducam licet
uxorem te odero: in peregrinas expeditiones patria dimit
tat: te tamen cogitationes ſermoneſq; reſpitient. Quid in
tereſt quēadmodum poſſederis animum meum: quēadmo
dum mihi ate nō liceat abire: diſcedere? Feciſti ut te ubiq;
perſequar: ut meis fortaſſe manibus inuadam: uelim dare
uenenum. Qui meretricem odiſſe non deſinit amator eſt.
Sed īfœlix miſereris mei. Quid ergo ſanitate tam rigida?
Paulatim potius ratione compeſce: miſceantur conſilia:
blanditiis ueritas temperetur. Alioquin non eſt quod ab
igas: quod expellas. Exaſperant neceſſitates & in amore
contentio ſemper accendit. Adiuuabit te interim liber/
tas ipſa qua fruar: tēpus: ſatietas: & fortaſſe amator alius
admonens cōditionis. Sed inter oſcula inter āplexus: pau
pertatē non tanquam exploraris: ſed tanquā miſerearis al
lega: quanquā qd opus fide ſi ne curer ut deſinā: ſi quantū
affirmas inuitum miſeraris ac diligis. Amatoris unum re/
medium eſt: amari. Si tamen neceſſariam putas emendati
onem: q̄ multa ſunt amantium remedia citra uenenum: ex
clude: dimitte: faſtidio poſſes quantum nō poſſet præſta
re paupertas. Fac me ut potius ipſe caſtigem: ut erubeſcā:
ut aliq̄do deſperē. Is tantū ī amore ſanat̄: q qd deſinit ſibi
debet. Homo igitur qui merito indignarer: ſi hoc tantū

feciſſet aliquis: ut diligi deſinerem: quāto iuſtius queror: factus cum iam ſum alius infœlix alia patiens? Decipiunt nos rerum falluntq; nomina: & ille qui odit: de amore miſer eſt. Non refert animi qd nimium uelis: & inter ſanitatē lāgoremq; nihil intereſt: ſi utrunq; ferre nō poſſis. Fruſtra mihi quiſq̄ blandit̄ remedio: cuius patior tormenta: cruciatus. Aliud eſt ut amare deſinas: aliud ut oderis. Receſſiſſe nunc me tantum putatis ab amore meretricis? Ablatus eſt mihi ille hominiſ melior affectus: pdidi miſer quicquid eſt unde gaudiū: unde uenit uitæ tota lætitia. Amor ille p quem rerum naturæ ſacra primordia totiuſq; mundi elementa creuerunt: qui tenet hunc fugitq; rixantia: & de cōtrariis depugnantibuſq; ſeminibus molem perpetuæ ſocietatis animauit: fugatus eiectuſq;. Nō habeo affectum: quo quandoq; poſſim ducere uxorem: amare liberos: appetere amicitias: ſperare conuictus. Quiſquis odii medicamentum biberit: unum fortaſſis oderit: ſed amare neminē poteſt. Dii immortales quid ego hauſi: quale uiſceribus uirus ingeſtum eſt? Non fuit illud unum uenenum. Bibi miſer execrationis quicquid totius mortalitatis ira contulerat qđerat omniū aīaliū furor: omnium ſerpentium congeſta rabies. Odii medicamentum quid aliud eſt: q̄ aſſiduus animi dolor: perpetua triſtitia? Et homo ab omnibus gaudiis in contubernium doloris aductus? Fieri non poteſt ut uirus tam impotens ſemel in uiſcera receptū ſit: & in unum tātum modo ſenſū: mādeturq; potioni quouſq; dominetur. Ecce iam mulier odi. Quid tamen adhuc facere illud in uitalibus putas? Paulatim ſe neceſſe eſt per totum diffundat animū: & q̄uiſ primo ſtatim hauſtu illud expugnet in quod dat̄: breui tēpore in nominis ſui potentiā omnes reliquos ſtringit affectus. Medicamenti cui tātū cōtra animū primū licet: prima fortaſſis uis erit odiū: exitus iſte ut uenenū ſit. Reſpondere Iudices illis libet: qui me paulo ante dicunt in amore fuiſſe miſerabilē. Quāto crudeliora: quanto grauiora patior: qui dicor explicitus. Mo

deſtior cum amarem & quietior ſane fuerat pallor in fatie: ſed ipſa quoq; comis optãda triſtitia. Inueniebã colloq- merebarq; ſermones: nunc me omnes fugiunt: aduerſant: oderunt. Tum frequenter a lupanari diducebat pudor: abiiciebat occurſus: nunc publica detinent: quod queror: aſſiſto: conuitior. proh miſeranda cõditio: rideor ubiq;: narror: oſtendor. Ego ſum tota ciuitate meretricis inimicus. Sed patior miſer illas lupanarũ inſultationes: illa corriualium maledicta uitia. Non poſſũ ſatis tormẽtorum exprimere menſurã. Odi: nec unquã uiſus ſũ magis amaſſe. Intelligitis Iudices puto hominẽ q̃ tantũ ad uos detulit animi mẽtiſq; cruciatus: & pro uita queri. Sed potio infœlix qcquid ẽ per quod paulatim proficit ad mortẽ: aſſidue mecũ rixat affectus: & breui neceſſe eſt conſummar. Q uottidie uincor. Q uæ putatis eſſe tormenta: quẽ dolorẽ: cum mens uetat oculos ſeq: cũ aluminibus ſuis aĩus abducit odio? Q uod non proficit: ſupeſt ut occidat. Me ĩfœlicem ſi uenenũ iſtud nõ habet mortem. Si mihi inter hos dolores lõgior uita ducenda eſt: cur ego poſt hoc animi uices: quæ cõmenta proſpicio? Si meretricis impatientiæ oĩa licẽt: hoc erit remediũ: ut amare rurſus incipiam.

## Pro meretrice contra Iuuenem:

T ſi Iudices ita natura cõparatum eſt: ne ſit ullus iuſtior dolor: q̃ beneficii ſui pdidiſſe rõem: nihilq; grauius afficiat cõſciẽtiã bonorum: q̃ quotienſcunq; nulla merita ceciderunt: nõ efficiet tamen nefandũ præſentis reatus indignũq; diſcrimẽ: ut miſera puella nõ gratulet ſibi: quod illã paup accuſare iã põt. Timuerat infœlix ne remedio ſuo ſic repugnaret paup: ut magis amaret: ne iuuenis in omni genere animi cõtẽtioſus ac ptinax: potionẽ illã dolore coactæ ſanitatis expelleret. Bene quod terribilis & minax eſt paup: quod pœnã nrãm: quod ſanguinẽ petit: non expectes ut ſtatim grãs agat q ſanat inuitus.

Nobis tamen Iudices hodiernã paupis mẽtẽ nõ prima frõ/
te tractãtibus miſerrimus iuuenis nondũ uidet explicituſ:
Et ſi bene prioris ardoris ĩpatientiã noui: quod maxime fa
cit ira: nõ odiũ ẽ. Alioquin ſi ꝓfeciſſet remedium: & a pri/
ſtino furore iã liber aĩo intellectũ ſanitatis admitteret: om
nem adhuc puellæ uitaret occurſũ: nõ ſibi crederet ultio/
nẽ: & ipſũ quoq; Iudicii timeret adire cõplexũ. Depræhen
ſa eſt puto nouiſſimæ potionis ſupuacua pſuaſio. Amat iu
dices: amat q̃ queritur: ꝙ nõ ametur. Quid agã iudices hoc
loco: ſub quo tẽperamẽto deféſſionẽ piclitãtis aggrediar:
timeo ne ſi cæpero ſimpliciſſimæ puellæ laudar mores: ref
ferre ꝓbitatẽ amare rurſus paup incipiat. Siue enim iudi/
ces malignitas eſt pſuaſionis humanæ fœminã uacantẽ uo
care meretricẽ: ſeu miſeræ nomẽ id ĩpoſuit aliqs amator:
cui cũ corporis bonis fortuna nõ dederat unde ſeueri ma/
trimonii caſtitati ſufficeret: laborauit neceſſitatũ ſuarũ cu
ſtodire ꝓbitatem. Nullius unquã p hanc matrimonii tur/
bata concordia eſt. Nemo queſtus eſt ꝓ filio pater. Nemo
exhauſtas facultates ĩ auidiſſimos ſinus poenitẽtiæ dolore
defleuit. Tẽptet licet ingratiſſimus iuuenis inuidiã facere
miſeræ prioriſ affectus: non poterat obiicer meretrici: & ꝙ
amarit & ꝙ amare deſierit. Ne quẽ igit accuſator hac pri/
ma fortunæ ſuæ cõploratione decipiat: tanquã meretricis
caritate conſumptus ſit: ſecuri eſtote ꝓ innocentia noſtra
talis incidit: taliſ adamauit: nec habuit q̃d perderet in tam
immodico ardore: niſi mentẽ. Vidiſtis enim notiſſimũ to/
ta ciuitate miſerum: cum lupanari noctibus diebuſq; deſer
uiẽs: & q̃uis indulgentiſſimæ puellæ ſimplicitate frueret:
modo tamen maledictis opprobriisq; uulgi: modo crebra
riualium contentione pulſatus: abigi tamen cõpeſciq; non
poſſet: mouit mittiſſimam puellam hic infœlicis affectus.
Laborãti prima ſui uoluit facultate ſuccurrere: Sed q̃cq̃d
indulſerat: fouebat ardorem. Quæq; in hac impatientia:
prona perſuaſio eſt: quia nihil præſtanti meretrix tam ſæ/
pe contingeret: amator ſibi uidebatur. Poſtquam nihil mi

ſeratio: nihil proficiebat humanitas: temptauit aſperitate diſcutere. Popoſcit excluſit. Non defuerunt miſero præ/ces: adhibita ſunt ex ipſa iuuenis conditione conſilia. Sed iſta uincebat: & uires amoris impedimenta perdebant: do nec intelligeret hominem qui explicari ratione non pote/rat: neceſſitate ſeruãdum. Puto Iudices fruſtra male audit in modico pauper ardore. Meretrix magis admouit homi nem: a quo noluit amari. Cõſumptis igitur optima fœmi/narum cunctis indulgentiæ ſæueritatiſq; cõſiliis: dũ apud omnes de pauperis ſui amore conqueritur incidit remedi/um: quo iam dicebatur alius amator explicitus. Quæ pri ma igitur medicamenti pariter ac dantis integritas eſt: nõ negatura porrexit: adiuuit deinde quod dederat: impera/uit ſibi ne quas admitteret amplius præces: ne querelis aſſi ſtentis: ne lachrymis moueretur excluſit. Vultis ſcire Iudi/ces ubi ſit medicamenti qđ obiicitur totus affectus? Quiſ quis odium dedit: omnia poſt hoc facit: ut debeat amari. Quando Iuuenis hoc melius in forum aliquando uenisti? Incipis agere ſerium grauem: iam leges: iam iura loqueris: conuitiaris: malediciſq; meretricibus. Hunc tu animũ mo do inter libidines ac ſcorta perdebas: matie notabilis pal/lore deformis: ſolaq; impatientiæ tuæ fabula notus. Perie ras ĩfœlix niſi bibiſſes uenenum. Veneficii agit. Credo me hercule Iudices ad ſubſcriptionem huius ĩmanitatis expec taſſe publicæ ſeueritatis aures quod nam ſæculo nefas nũ ciaret hic gemitus: quæ proſiliret orbitas de nouercalibus quæſitura cõmiſſis: quẽ peſtiferis heredẽ medicaminibus euectum triſtis comploraret affinitas. Non pudet ergo ꝙ uacatis lupanarum querelis: & ad uos deferuntur amantiũ rixæ? uidetis nunc accuſatoria fronte terribilem: oſcula po ſcit? deſtitutos querit᷑ ãplexus. Vultis uos abire potius ĩ ue ſtra ſecreta: ibi gaudia quærelaſq; mutata cõuerſatione cõ ſũmere? Non agnoſcunt leges ac iura miſeros. Hic audiun tur ſeriæ calamitates. Non eſt ultione dignus: de quo põt efficere meretrix: ut querat᷑. Et quando unquam Iudices

audiſtis de ueneficio uiuum querẽtem? Facinus hoc ſemꝑ
ex mortibus accepit inuidiã. Si latrociniũ præbes: cruore
uulneribus. Si ſacrilegium: ſpoliis numinũ: prædaq; tẽplo
rum. Ita ueneficium ſi arguas oportet oſtendas putre liuo
ribus cadauer: inter efferentium manus fluẽs tabe corpus:
Vt iam iſtud obiicere poſſit: & uita debet aliqd eſſe paſſa:
quod inuidiam mortis imitetur. Veneficiũ uoca quod ceci
tate graſſatur: quod in aliqua depræhendit᷑ debilitate mẽ
brorum. Profer agedum corporis notas: in quas ſe noxiæ
potionis uagus feruor effuderit: ubi depaſta ſenectus uiſce
ribus ſæuitura conſederit. Aſpicio par laboribus corpus re
tinere ſua miniſteria: ſufficientem animum ſeriis actibus:
accuſatoria firmitate robuſtum. Crede iuuenis omnibus:
qui te modo noueramus: nunc acrior erectior reſedit in ſẽ
ſus uigor: in membra ſanguis: uiribus uelut nouæ iuuentu
tis exultas. Bibiſſe te medicamentum probare non poſſes
niſi meretrix fateretur. Quod ſi permittitis Iudices ut ꝗc
quid extra conſuetudinem datur: ad huius uulgi refferat᷑
infamiam: beneficium male audiendo uitet᷑: ut & ſanita-
tis: ſtatimq; merebitur ſceleris inuidiam: quicquid profue
rit inuito. Illud tãtum noxium uirus uocauere leges: quod
nõ admitteret interprætationis incertum. Iniquiſſimum ẽ
uenenum uideri: quod in poteſtate bibẽtis eſt an ſit reme-
dium. Sentit Iudices Iuuenis crimẽ quod detulit: nec no
mine nec affectu ſcriptionem legis implere. Itaq; ex uoca-
bulo mulieris quærit inuidiam: meretricem inquit accuſo.
Neſcis mihi crede iuuenis ſceleris quod detuliſti qualẽ mi-
hi debeas probationem. Rem expecto mehercle ut ſit ante
omnia minax uultus: feralis habitus: horreant ſqualore cri
nes: rigeat ſuper nefãdas cogitationes efferata triſtitia. Fa
cinus quod dicit᷑ inquietare ſuperos: ſydera diris agitare
carminibus: tumulos buſta ſcrutari: & amputatis cadaueri
bus ipſas in ſcelus armare manus: fieri nõ poteſt: ut aucto-
rem ſuum non ſtatim primo prodat aſpectu. Vides uenefi
ce nõ horridos uultus: placidamq; faciem. Si cogitatiões:

ſi conſilia pertractes: ſola cura de forma eſt. Omnis in hoc collata meditatio: ut ſollicitet aſpectu: ſermone detineat. Audio ſubinde exactas mero noctes: tua mulier conuiuia: perditas amantium rixas. Meretricis unum ueneficium ē: ne deſinat amari. Nunquid inique iudices in tanti ſceleris ſubſcriptiōe depoſco: ne nominibus reos extimare uelitis ſed moribus? Venefica tua quid prius unq̄ quid ſimile cō/miſit? Cuius per hanc expugnatus animus? Quis querit iuuenis: quis ſenex: quis diues: quis pauper alius? In te ergo ſolo uenefica in te tantum aliud iſta q̄ meretrix? Vultis integritatem puellæ breuiter ꝓbem? Hanc quā nunc pau/p accuſat: amare mallet. Omnia iudices facinora (niſi fal/lor) cauſas uel de cupiditate uel de ſimultatibus trahunt. Quod odium de amatore meretrici? Quæ præda de paupere? Odiū inquit accepi. Et quid Iudices? Satis me cōtra infamiā ueneni: uel ſolū medicamenti nomen abſolueret: nec inuenio cur debeat idē uideri: qd̄ nō pōt idem uocari. Agedum iuuenis potionis imple huiuſ imanitatē: dic odiū accepi contra coniugem: cōtra liberos meos: ut a ſacris a/uocaret affectibus: ut pignora ſancta deſpicerem. Illud odium in meretrice facinus eſt: quo utit in ſui caritatem. Ita uel hoc ſolum ſufficit excuſationi: ꝙ illa tantum contra ſe dedit. Odiū inqt accepi. Nūc te hic repoſco iuueniſ: iuidiā quā fortunæ nr̄æ pauloante faciebas: dic meretrix de/dit ꝓſtituta porrexit. O q̄ timuerā: ne diceres amatoriū ſibi. Conſurge agedū iuuenis: & totis corporis animiq; uiribus imple ſuſceptæ accuſationis horrorē. Et qd audiente tota ciuitate ꝓclames: miſeremini mei: adiuuate: ſuccurrite bibi medicamentum crudele: ſæuū: deſii pauper amare meretricem. Iam iam non inqetis noctibus uaguſ uilliſſimi cuiuſq; perditos patior ictus: nec excluſus ante lupanariū fores: poſterū diem peruigil amator expecto. Poſſum nauigare: coleř terras: ſufficio militiæ: redditus mihi ē animus quo fierem maritus: quo ſenectuti liberiſq; proſpicerem. Quātum dii deæq; remedium conditioni bibentiſ ualuit:

fecerat te pocius iſta fœlicẽ: ſi diuitem puella . Ita uel hoc
non ſolum Iudices inoncentiſſimæ puellæ pro defenſione
ſufficeret: ꝙ nihil fecit cauſa ſua? Amatorem dimiſit: ex/
plicuit: illa quæ captare dicit̃: ut ametur: quæ ſollicitat:
quæ corrumpit affectus: ingrate quãta de te potuit gloria
frui . Non quidem confers prætia: non ſtipes: ſed aſſides:
ſequeris: heres præſtas comitatũ fauorem: laudas: ubiqꝫ
miraris . Hinc ergo iam meretricibus: ꝙ illas etiã pau/
peres ament: ꝙ facile contingant: ꝙ laboribus exorentur
adeuntium faties . Hic amator ut diuites ament in crimen
maximum captas tranſferre benefficium: ut aliquis amare
deſinat: non niſi ab amante præſtatur . Quid ais iuuenis?
Ita bibiſti potionem: quæ finem cupiditatibus daret: præ
meret ardorem deſideria reſtringeret? Abi: recede: dũ puel
læ publico generis humani nomine gratias agimus: ꝙ hoc
fieri poſſe monſtrauit . Furor ille (qui ſi credimus) numina
quoqꝫ detracta ſyderibus miſit in terras: qui de ſacris uene
randiſqꝫ pignoribus monſtra cõmentus eſt: ardor qui miſ/
cuit hominum ferarũqꝫ concubitus: ferrum: ignes: clauſtra
laxabat: per interiecta late maria fugiebat: necatur: perit .
Accipite quod magis debeatis ſtupere: mirari: remedium
amoris mulier inuenit: Deſinite nunc inceſtum timer̃ mor
tales: nulla pietas horreat nefande cupiditatis ĩſtinctum:
quicquid non parentum miræ caſtigationes: non ſerii pro
pinqui: nõ paupertas: non neceſſitas: poterat efficere: hau
ſtus breuis facilis unus extorquet . O ſi quis odium poſſet
omniũ bibere uitiorũ . Fœlix ꝓfecto mortalitas ſi reliquos
lapſus incommodoſqꝫ mentis errores fas eſſet infuſa potõe
cõpeſcere . Facinus eſt ꝙ maximum remediũ gratiã ſui uo/
cabulo perdit auctoris . Miramur hominẽ: qui illud con
tra meretricem dediſſet . Tibi tamen ultra omnes ĩmodica
cupiditate flagranti: tibi præcipue ſuccurrendũ iuuenis:
Cuius homo conditionis adamaueras? Diuitiis opus eſt:
ne ſimus in amore miſeri: & impotentiſſimi mali difficulta
tes illi fortaſſe nõ ſentiant: quos contra faſtidia cæteroſqꝫ
contẽptus explicat facilitas magna perdẽdi . Fœlix ꝓfecto

qui facultates in lupanari effudit. Tu perdis animum tu bibis uxoria: lachrymis rogas: pallore blādiris: & qđ ad peſſimum ſpectat euētū miſerabilis ſis oportet: ut amator eē uidearis. Finge te nullum huius affectus ſentire cruciatū: Id amare te pauper ſaltem non pudet Homo: cui non uacaret agere longa lāgoris: ægrumq; non deceret totarū noctium quies. Excuſare non poſſis: ſi tantum perdideris dies: cuius cenſus ex manibus: ex laboribus ſubſtantia: quē quottidie poſcit ultra rationem in dies: demerſus amentia pateris aduerſus fœlicium oſcula tantum amplexuſq; meditaris. Et unde tibi calamitatis huius nō poteſt nec uenia cō tingere: de uoluptate miſer es. Expectādum uidelicet quā do te fames: inopia caſtiget. Sed inter iſta cœpiſti. Quid iam facere poteſt ratio: conſilium? Odio ſanādus eſt: quē non explicat quod pauper adamauit. Non tamen intelligere poſſumuſ te non ſolam fuiſſe paupertatem: iterum nō opes tantum tibi: non facultates defuerunt: non erant quā tum uideo propinqui: non amici: alioquin illi te potius noſtra potione ſanaſſent: uel ſi ignoraſſent huius graminis uirus: uinculis nexibuſq; tenuiſſent. Quid blandis affectibus impotentiſſimum eludis affectum? Datum eſt remedium dolori: qui ſæpe egit in laqueos: in præcipitia compulit: qui cruciatus laborantis animæ uulneribus emiſit. Quātum amori in homine liceat: illi magis ſciunt: q amā tur. Iunge nunc cum fortuna tua conditionē mulieris adamatæ. Incideras quidem miſer in puellam minime ſuperbam: minimæq; difficilem: Quaſdam tamen non poſſumus circuire meretrices. Quam multa pro illis exigit' ſexus: aetas: poſcit ſemper neceſſitas: petit corporū cultus: poſcit triſtiſſimæ ſtationis impatientia. Totos īfœlix dies lupanarium foribus īmpendis: ut quando proſtituta pauperi uacet: contentione munerātium dilatus: excluſus: ocium meretricis expectas. Negatur tibi cōplexus īdignatiōe proſequeris. Contingit uerum: fœlicitate corrumperis? Spem gaudia parant: aduerſa contritionem. Ex utraq; for

tuna deſideria coaleſcũt. Nobis crede q̃ uidimuſ: quis tibi uni fuit corporis habitus: quis pallor: q̃ miſerabilis: q̃ pudenda triſtitia. Quotienſ tu uenenum bibere uoluiſti? Nõ eſt igit̃ iuuenis: ꝙ tibi quæraris illam mitiſſimam partem humanæ mentis ablatam. Nõ caritatem: ſed impatientiã: non uoluptatem: ſed tormenta: non amorem: ſed quod adamaueras perdidiſti. Amoris (ſi ſapientiæ ſequamur auctores) antiquiſſimum numen & cui ſe naturæ debet aeternitas. Sed ille mitis & ſerius honeſtis cupiditatibus & uiribus ſacræ caritatis exultans: ut qui cuncta priſce noctis operta caligine diduxerit primum: deinde miſcuerit. Hic uero quo perditis uiſceribus adheremus inquieti: laſciuiẽtis adhuc aetatis inſtinctu tumultuoſuſ ac petulans telis funereis facibuſq; armatus. Præſtat igit̃ ille mortalibus liberos hac uſitata coniugii pietate: hic inceſta libidines: adulteria meretrices. Referam non fabuloſas immodici furoris prodigioſaſq; nouitates: conceptũ neſciẽtibus oculis ignoti hominis aſpectum: formã ſuis i ſe luminibus ardentem: uirgines patrum ſenectute flagrantes: mortalium ferarũq; uultus: uſq; ad monſtroſa fœcunditatis onera perlatos. Ex omnibus tamen quæ nobis patentibus extorquet affectuſ: hoc ſæuiſſimũ patimur: ꝙ nemo uult in amore ſanari. Ego tamẽ inquit amare mallem. Hoc eſt ergo ꝓpter quod opus odio fuit. Nihil agebant caſtigationes: nec præces: conſilia perdebantur. Odio debet amator explicari quem ſanat adamata. Interrogare te hoc loco libet nunquid accuſare poſſes: ſi quod fecit medicamento puella feciſſet animo? Licuit te repoſcere quantum numerare nõ poteras: faſtidire: contemnere. Iam indignaris ꝙ te maluit remedio q̃ dolore ſanari. Mulier cui ad dimittendum amorem ſufficiebat ut odiſſet: ipſa pro te commenta eſt: ut illam tu potius odiſſes. Finge tamen aliqua remedii tui ſentire tormenta. Arrogantiſſime miſerorum. Tu autem ſperabas ardoris immodici fœlicem ſtatim ſanitatem. Quid ſi querat̃ æger abſtinentiæ dolore ſanatus? Excuſſa ſunt plerũq;

languentium uitia uerberibus: redempta debilitate uitia: Ignibus uulneribus: Interdum profutura graſſata ſunt. Et quæ fuiſſent mala ſanitatis: in gratiam remediorum de maioris periculi comperatione redierunt. Vix mehercle contĩgeř poteſt ut hylares ab hac impatientia lætiq; deſcendãt: quos pudor: quos ſatietas: quos pœnitẽtiæ ratio dimittit. Nec ſine aliquo morſu reſiliť. a malis quæ uoluptate animi tenuerunt: Iterum materia amoris eſt deſinere: nec queri. Opus fuit pari diuerſitate: uiribus quãtis adamaſti: ne reſpiceres: ne frequenter in media ſanitate ſubſiſteres. Quale tibi remedium debuerit adhibere: uel ex hodierno ſenti iuuenis affectu. Pro homine qui poſt odium queritur ꝙ non amet: parum fuit ſi amare deſineret. Audi igiť ingratiſſimæ quatenus ad publicas aures ſecreta noſtra proferre uoluiſti. Dedi: quid enim ĩquit facerem: Quæ remedia tua multa perdideram? Ferre miſera non poteram: ꝙ te iã ceperũt omnes ridere meretrices. Reppete agedum illa colloquia noctium: quibus te frequenter alterius: & fortaſſe diuitis amatoris iniuria receptum inter oſcula amplexusq; monui. Quid miſer cum fortuna: quid cum mea conditione rixaris? Parce neceſſitatibus meis: duo paupes ſumus: Sed & tu quotiens in ſinus meos lachrymis fletuq; reſolutus exclamaſti. Sentio furorem: ſed imperare oculis: ſed aĩmum regeř non poſſum: q̃ libenter te mulier odiſſem. Nõ eſt igitur ingratiſſime mortalium ꝙ benefficium noſtrum nomine potionis ĩfames. Remedium bibiſti: ſed illud odiũ tuũ eſt. Quid quod furis conuitiaris exclamas? Non ẽ hauſtus illius affectus: ſed amor. Talis fuiſti. Aliud ſunt: aliud illi: quos in uoluptates ſupfluentium facultatum mittit ſecura fœlicitas. Improbius paupes amãt. Sic tu tumultuabaris admiſſus: ſic moras: ſic impedimẽta ferre nõ poteras. Maledicebas populo: cõuitiabaris intrãtibus. Cuiuſ unquam fœlicius commutata fortuna eſt: ſi tunc omnes oderas: nunc unam pauper odiſti. Quin potius iuuenis admittis conſilii rationem. Quid agis infœlix? Cur

redditam modo ſanitatem rigore nimiæ contentionis exaſperas? Prædico: teſtor: odium conſumis: nondum totã mentẽ uis perfuſa poſſedit. Adhuc circa te duo maximi rixantur affectus: adiuua potius: adiuua potionem. Cõtradic agedum quicquid ẽ alius quod tumultuatur: exeſtuat: totumq; ſanitas cõponat hominem. Tunc te ſciemus amare deſiſſe: cum deſieris odiſſe. Et innocentiã quidẽ puellæ ſatis (ut ſpero) defẽdimus. Magnitudo periculi uocet præces. Cõſurge agedum miſerrima fœminarum reliquam defenſionis tuæ partem tuere lachrymis. Accuſator quid ſperas: quid expectas? Ad genua tua non mittimus eam. Toto licet infœlicem terrore conuenias: non oſculabitur manus. Mortem ſuprema denunties: te nõ rogabit: Fruſtra tibi aliquid de periculo noſtro metuq; promittis. Neſcis puella non habet odii remedium. Sane tamen uiribus potionis effectum ſit: ut accuſaueris innocentem: ſufficit ultioni uidiſſe pallentem: ſatis eſt audiſſe gemitus: memineris hanc eſſe quam tu non Iuuenis odiſti. Quid agis ẽt ne proferes illud pronuntiationis anceps: illud humanæ ſalutis ĩcertum? Numerabis ergo ſententias: & ſi dãnaueris: exultabis nefande: gaudebis? Puto non adamaſti. An & ſequeris dum carnifex trahit? Intereris dum hos oculos occiſura contingit manus: dum hæc amplexibus tuis nota ceruix ad ſupræmos nudatur ictus? Non exilies: non pectus oppones: non fidem hominum deorumq; clamabis? Accipies percuſſã ſuper palpitantia membra conſiſtens? Potes hoc uidere: potes hoc ferre? Sanatus es. Quod ſi quid triſtius iudicii huius attulerit euentus: dii rapide pereuntium beneſſicioꝝ ſemp ultores: dii quos iſte crudelis ĩ amplexibus puellæ frequenter mœrorẽ lachrymis: aut finẽ amoris rogauit: aut mortẽ: date nobis iuſtam de integro iuuene uindictã. Nũ ĩprecamur debilitates: naufragia: morbos. Paup ſit & amet quãcunq; meretricẽ: & amare nõ deſinat.

Argumentum.

d Vo amici ex quibus uni mater erat: pegre profecti: ad tyrannũ applicati ſunt. Mater cognito ꝙ filius haberetur a tyranno: flendo oculos amiſit: Oblata eſt a iuuenibus tyranno cõditio: ut dimitteret alterum ad uiſendã matrẽ ad diẽ præſtitutã reuerſurũ: ita ut niſi occuriſſet ad diẽ: de eo qui reſtiterat pœna ſũmeret. Et iureiurando aſtrictus eſt. Venit iuuenis in ciuitatẽ. Mater detinet ex lege: qua parẽtes ĩ calamitate deſerer nõ licebat

## Pro Iuuene contra matrem.

u T ſi ſanctiſſimi uiri olim omnes uideor humanorũ pectorũ affectus ĩ ſolã amicitiã cõtuliſſe: & patior inuidiã hominis: q̇ ſibi nõ reliquerit ut amaret & matrẽ: quotienſ tamen uniuerſam pietatis meæ cõſciẽtiã intueor: ĩ qua minimũ eſt ꝙ uideor bonus amicus: nõ poſſũ nõ hãc primã ellectiõis nr̃æ cõplorare fortunã: ꝙ mihi neceſſe eſt: aut amicũ relinquere: aut matrẽ. Facinus ſeueriſſimi uiri facinus fit impatiẽtiſſimis affectibus meis: ꝙ ſuccurri nõ põt duobus. Excedit omnẽ querelæ meæ cõplorationẽ: ꝙ tã diuerſis meorũ conatibus aduerſa conueniũt ut uidear elligere: quod nõ darẽ miſer ꝓ luce matris: q ut illã uiderẽ amicũ dedi. Fidẽ ur̃am Iudices ne inter neceſſitates maxĩas ꝑeat uſus hominis: q ꝑatus eſt duobus ĩpendi. Iã hic eſt tota rõ clemẽtiæ: ne ibi me detine atis: ubi nõ ꝓſũ. Nec diſſimulo ſanctiſſimi uiri ꝓferre me cũ maximi: tũ ĩcredibilis exẽpli fidẽ: ut nõ ĩmerito poſſim uideri cũ matre colludere. Ego uideor excogitaſſe iſtũ colorẽ: & hoc qd detineor amicitiæ uocat infirmitaſ. Miſeremini iudices: tẽptate me & dimittite. An uoluerim r̃uerti: ſcire nõ poteſtis niſi reuertor. Illud ſanctiſſimi Iudices: illud affectus meos torquet ac lacerat: ꝙ ſim ingẽti expectatione deceptus. Speraueram futurũ: ut hoc loco rẽ magnã faceret & mater. Parauerã apud tyrannũ hanc iactationẽ: ut me crederet remiſſũ: Et genus oſtẽtationis adamauerã:

ut mirarentur hominis fidem etiam in orbitate. Quo uultis hoc aīo feram: ꝙ etiam ut reuertar: amico meo mater īpoſuit? Et quantum adhanc ꝑtinet: maximum iuuenē decepit. illū q meos crediderit affectus. Nō poſſum iudices huius litis diſſimulare facinus: innocentius fuerat: ut ego nollem reuerti. Viderint ſanctiſſimi uiri q̄ receptas nominū ꝑſuaſiōes uelut aliquā ſeruitutem caritatis attendunt: Me ſi quis interroget: nullos affectus tantū naſci puto. Et ſi quis omnia uera ratione reſpiciat: quicquid liberos: fratres: ꝓpinquos inuicē tenet: amicitia eſt. Homines igitur quos cum maxime incredibilium reꝝ loquit̃ īuidia: ſumus ſine dubio non eiuſdem pars animæ: non eiuſdē pōdus uteri: & quanto minus in cauſis: tanto plus in affectu eſt. Admirabilior caritas in quam coimus uiribus noſtris. Nō pudet iudices hāc fateri ꝑſuaſionē: minus debet̃ homini qui aliquē ideo tantū amat: quia neceſſe eſt. Ita eſt Iudices ita eſt a primis ſtatim aetatibus in eandē coire uitā: habet aliquē fraternitatis affectum. Sic effectū eſt: ut nos ſtatim fama cōmitteret: & tali certamine coimus: ut ſi qd accidiſſet uni: deberet alteri exēplum. Inde ē quod & pariter reuerti contēpſimus & quaſi facilius eſſet inter fides: placuit ſub īcerto pelagi coherere: nec tamen uanitate: nec diſcurſu putetis extractos: magnas & inexplicabiles fuiſſe cauſas nauigādi: uel hinc poteſtis extimare: ꝙ nos non detinuit hic mater. Vtrum ne igit̃ Iudices ſummere de nobis etiā nunc uoluit expimētum ipſa amicitia: & parū fortuna credit hominibus adhuc tantū fœliciter amantibus? An hæc eſt magnæ ſēper opinionis īuidia: nec ulli unquā tā plena cōfeſſione laudant̃: ut illos nō ipſa quoq; amicitia tēptare uelit? Littoribus appulſi ſumus homines quorū oīa caſus: fama cuſtodiebat: conſūmimur terrore: q̄ parentibus ſtatim cecitas ē. Hinc illud euenit ꝙ ſumus pariter alligati: Sic magis aduerſus ſolutū carcer inuētus ē. Pudet iudiceſ fateri iā ī hoc uictus: iā īferior receſſi. ex duobus magis amat̃: quē tyrānus paratus ē alligare. Quantū tibi amice debeo? Nō

potuit nos diuidere niſi mater. Tibi primum cæcitas nũciata eſt: tuus hic affectus fuit: q̃ hoc credidit tyrãnus. quid ille non fecit: ut rex deſiderauerit uicariũ corpus? Amplexus eſt cathenas: ſponderi ſibi uoluit hominẽ reditu per maria: per matrem: repromiſit de incertis tanq̃ de aio ſuo. Quis hominũ ꝓ ſe tã multa feciſſet? Præſtitit inq̃ amicus: præſtitit rẽ: quã uidebat̃ ideo tyrãnus idulſiſſe: ne fieret. Et hominẽ qui in rebus humanis hũc eſſe nolebat affectũ: decipimus dũ tẽptamur. Ego non inuenio cur horreat mater carcerem: quid ſibi uelit quaſi deſtinatas operire ceruices. Non odit me tyrãnus cuius non intereſt an alium occidat. Miſerere mater (ſi quis eſt magnorũ meritorũ pudor) querere: quod unũ de cecitate impatientius ex nobis amaris ſemp abſcẽtẽ. Cui tu fortunas: q̃bus neceſſitatibus iniicis manũ? Me ad amicum meum admitteret alteriuſ cathena: & tyrãnus nunc mihi portas aperiret: ſubſidio nauigium pirrata præſtaret. Si mehercle ante morerer: ire deberes mater ad diem. Miſera non intelligis quanto te magis plus obligauerit amicus: plus debes homini: qui me tibi remiſit: ex quo pati non potes ut reuertar. Libet mehercle Iudices. Libet miſereri hominũ: qui me laudãt reuertentem. Amicus mihi credidit ut redirẽ. Ita nunc ego facio rem magnam: ego ſum ille bonus amicus: ille mirabilis: ille narrandus: ſi qua dicentis fides ẽ. Facinus mihi uidet̃ q̃ ſcio me non eſſe periturum. Sentit Iudices & ipſa mater rem ſe facere turpiſſimam: ſi neceſſitate detinear. Itaq; mulier: quæ adhuc de affectu cuncta fecerat: ad legem ſubito conuertitur. Peſſima Iudices cã matris ẽ: in qua plurimum lex põt. Liberi parentes in calamitate ne deſerãt. Facinus ẽ Iudices hoc dici homini reuerſo. Ita nunc ego cotẽno matrẽ: ego deſpicio cæcitatis obſequia: homo q omniũ calamitatum mearum ambitũ ĩ hoc conſumpſi ut redirẽ: q̃ inter ſupræmas ſollicitudines nõ pro me rogaui? Mihi qſquã cõtumacium ſupplicia liberorum: mihi neglectæ pietatis minatur inuidiam? Bone Iupiter quãti mihi cõſtitit ne malus filius

uiderer. Imputem tibi neceſſe eſt mater ꝙ meum amicũ ꝑ
pter te reliqui: ad quẽ facinus eſt nõ reuerti. Nũdũ iudices
neceſſitates meas: nondũ amici merita reffero. Interim cõ
tendo tunc eſſe tantũ legis huius uſum: cum in calamitate
ſoli ſunt parentes. Magnam partem mortalium fortuna di
miſit a legibus: nec ulla iura tam triſtia ſunt ut ea in aduer
ſis patiantur homines. Ego cum me neceſſitas rapit: ſic ha
beo queri quaſi relinquar. Excuſatæ ſunt parentibus libe
rorum calamitates: & ſi quem lex iſta depræhenderit: in al
terius fatum tranſeat neceſſe eſt tanquã orbitatem. Q uid
enim ſi me detinẽte matre alter e latere reuocaret: & ſi bel
la poſcerent militẽ: ſi legatũ patria dimitteret: & ueluti ad
propriam deſcẽdã neceſſitatis meæ cõplorationẽ: ſi me dã
natum pœna conſtringeret: uidelicet effringeres mater car
cerem: iniiceres carnifici manum: & pituri filii iugulũ au
ctoritate iuris operires? Dii deæq; q̃ longe eſt lex quæ reti
net hominẽ: q pene non uenit: neſcis quãtum intelligo ma
ter: quantã inuidiã debeant facere liberis parentes: a qui
bus relinquunt᷑. Mater quæ ſe deſeri queritur illud excla
met. Filium meum ciuitas peregrina ſollicitat: ut amœ
nos neſcio cuius receſſus orbis petat: debilitati meæ ſub
trahit humeros. Iuuenis meus abducit᷑ amore meretricis:
& ab officiis ciuitatis uitiis abſtrahitur oculorum. Eiuſmo
di gemitu filium neceſſe ẽ pſequaris: ut ꝙ detineor obiter
& pœna ſit. Non facit iſta lex ad liberos: qui miſericordia
detinentur. Vt turpe ſit ꝙ recedo: in eo tantum eſt ad quẽ
reuertor. Et ut facinus ſit relicta mater: non faciũt niſi cau
ſæ relinquendi. Homo qui ad tyramnum reuertor: ſi ma
lo animo relinquo matrem: dignuſ ſum qui detinear. Non
ẽ itaq; ꝙ ſubide nominis ueſtri beneffīcia mater opponas:
non eſt ꝙ uilitati tuæ fieri putes. Si credimus eſſe in rebus
humanis & alterum affectum amicitiæ: ſi quam mihi uide
tur natura excogitaſſe: ut coire inuicem poſſit totum hu
manum genus. Q uæ ideo nondum circa ſe tenet omnes
admirationes: quia tota non contingit: quæ iã peruenerat

ad ícredibilium fidem : niſi illam uos impediretis amicitia plurimorꝫ corporum unus animus uicarie manus fortior q̄ matris affectus. Rogo quid refert quid uocetur ille qui ſic amat? Quid intereſt ex qbus magna merita deſcendant? Vultis ſcire quid de hoc affectu ſentiat mater? Et amicum meũ putat malle ne reuertar. Finge me poſitis pauliſp meritis: qbus obligatus ſum hoc tantum dicere. Amicus alligatus eſt: ire uolo mater ut redeat: ut conſoler: ut dominum rogem: ut ſi tyrãnus exegerit: uicarium corpus opponam. Quid detines: quid moraris? Hoc eſt tempus propter qđ coimus. Neſcias an diligat: cuius non habet experimẽta: niſi ſola fœlicitas: & ſi uitæ præſtes omnia ſecũda: amicus ocioſa res ẽ. Dicturum me putas: hoc expectat alligatus: expectat totum imo genus hominũ. Et nos in hanc fidem pſuaſionis receperunt: ut ſi hoc faciam nemo miretur. Vis ſcire mater quem affectum: q̄ reuerẽtiam in calamitatibus amico præſtarẽ debeamus? Nullam legẽ timuit ne relinqueretur. Differo interim cauſã amicitiæ: agerẽ pauliſp omniũ libet: & tyrãnus mihi credidit. Volo reuerti. Nulli unquã mater plus commiſit fides: neminem magis obligauerunt expectationes. Credidit mihi homo cui res fauorabilis cõtingit: ſi decipitur: qui ſibi excogitaſſe contra omnes amicos uidetur: ut illi imponeremus. Nõ eſt ꝙ mihi ſupplicia: ꝙ omnem mortis apparatum mater opponas. Facinus ẽ id tantum hominibus bene credere quod expedit: & actum ẽ de rebus humanis: ſi ſola ſeruatur utilitatum fides. Infinitum eſt quantum mihi crediderit tyramnus: ſi me occiderit reuerſum. Intelligit Iudices & ipſa mater: quantæ reuerentiæ locũ amicus obtineat: quæ incipit contendere affectu. Niſi fallor igitur cum ego ſim materia litiſ: hoc primũ æſtimare debetis: uter in ea calamitate plus fecerit. Ante omnia permitte mihi de hoc affectus tui genere mater queri. Quid tibi tam rabido tam præcipiti dolore uoluiſti? Quid aduerſis tuis præſtare faciem: & in oculos tuos accipere nuntiũ? Non reliquiſti tibi ut redimeres: ſine dubio

adiecisti ad matris affectus : oculos in media orbitate fudi
ſti : ſed illud nõ laxat cathenas : nõ explicat corpus. Quid
mihi ꝓdeſt iſte qui ſe citra filium cõſumpſit affectus? Plus
feciſſet mater quæ iſſet ad tyrãnum. Alligatus ſũ : tu nũc
ſic flebis tanquã ſoluar in lectulo : tanquã in tuis manibus
expirem. In quibuſdam calamitatibus deſperatio nõ eſt ſũ
mus affectus. Et quiſquis orbitatem ſtatim credit feſtinat
ad impatientiæ ſecuritatem. Diſſimules licet mater tantæ
pro me impatientiæ : tam incredibilis affectus : amicus rem
difficiliorem fecit : ꝙ ſeruauit oculos ſuos : ut alligaretur.
Dii deæq; quãtum ille præſtitit qui uidit pœnam meã : nec
receſſit. Ille ille terribilem carcerem facit q inde procedit?
Iam non corporis nexus herebant : nec aliud q̃ reſiderãt põ
dere cathenæ : conſũpti longo ſqualore uultus : cõcretæ no
ctibus diebuſq; ſuper ora lachrymæ. Miſeremini Iudices :
ne perdat auctoritatem meritum : qđ ultra expectationem
eſt. Ponite ſub oculis alligatos : quorum alterum amicus re
demerit : alterum mater. Rogo uter plus fecerit. Bone Iu-
piter q̃ fortiter uincula noſtra tractauit : quibus ille præci-
bus exegit : ut ſibi crederet. Accipe ĩquit has manus : hæc
membra : ſi fieri poteſt : ut amicum matri remittamus. In
totum explebo ſi uidetur uicaria pœna locum recedentis:
Vel ſi uis utiq; tibi dimiſſa mẽbra reſtitui : ſpondeo quem-
cunq; iuſſeris aperto iugulo diem. Fidem deorum homi-
numq; : quid non factum eſt : ut amicum meum pœniteret?
Ingeſtum eſt miſero illud carceris tenebrarumq; ſecretum.
Grauioribus uinculis opus eſſe carnifex dixit ad bonum a
micum. Accedere ad illud cubile iuſſi ſunt homines nocen
tes : & ſubinde dictum eſt. Vide tamen amice : ſi tanti eſt
una uox : unus miſeri gemitus : urite : lacerate : diſtrahite : Il
le tamen reuertetur. Miſerere mater : magna res agitur :
amicum meum reliqui contendentem cum tyramno. Ex
cuſo me uobis humani generis affectus : & tibi ante omnia
mater excuſo : ꝙ hoc fieri paſſus ſum. Vlla ergo in rebus
humanis neceſſitas tanti fuit : ut illum amicum meum in

carcerem ipſe deducerem: ut ſqualorem meũ: meas cathe/nas in membra feſtinãtis exuerem: ut tam abrupti comme atus diem contra tot incerta promitterem? Teſtor te miſe/ra conſcientia: & ſi quod nos in illa neceſſitate numẽ aſpe xit: quãtum ſimus rixati circa cathenas: q̃ omnia fecerim: ut ille potius ueniret ad matrem. Fateor Iudices unius co gitationis pudore uictus ſum: ꝙ tam magni beneficii diffi cultatem ab amico non accipere: affectus uidebatur homi nis: qui nõ crediſſet. Miſerere mater: ne me ſolutum pu/tes: amicum alligaui. Hæ ſunt cathenæ quæ tegũt mẽbra: quæ per maria: quæ per ĩfinita terrarum ſpatia reſtringũt. Sic non poteſt carcer effringi. Inuideo tyramno: ſcit alli/gare amicos: ſcit tenere dimiſſum. Iterim ſubinde procla/mem neceſſe eſt: ego amicum meum alligaui: & ut te uide/rem: pœnam meam altero homine impleui. Scio quo hoc amicus præſtiterit animo. Sed ego rem feci hominis nõ re/uerſuri. Interrogo hoc loco impatientiam tuam mater: in/terrogo quid faceres: ſi nos ad te uidendam deduxiſſent al ligatos aliqui ſatellites: ſi barbarus aliquis? Fruereris oſcu lis: fruereris amplexibus? Non eſt quod te iſta tanquam le uior tanquam expeditior conditio decipiat. Quid putas eſſe quod me dimiſit ſolutum ire quo uellem? Crudelis ar/tifex non reliquit nobis ut imponeremus. Superuacuo igi tur hoc uos in matris cauſa mouet: ꝙ ceca ẽ: hoc quod no/bis inuidiam facit uulneribus oculorum. Nolite detinen/di putare cauſas: idem uidens faceret. Nec plus ẽ quod nõ poteſt cecitaſ ferre: q̃ mater: ut aliqua filio carere nõ poſſit non nunquam calamitas facit. Quod ſi iudices ĩ perſona mea nec affectu nec meritis inferior ẽ amicus: Quid aliud iuſtitia ueſtra debet attendere: q̃ uter plus patiatur? Iam ſatiauit dolorẽ mater: egeſſit eſtus: effudit ĩpetũ: iã nõ de/ſiderant occuli: dum cadunt. Adiice ꝙ hanc qualemcũqꝫ fortunam inter amicos tenet: inter propinquos habet om/nia miniſteria ſua debilitas: ſuas comparationes. Vis ſci/re quanto intollerabilius ſit: qͩ patitur amicus? Excecauit

te: q̃ ego ſic tenebar : accipit cibos : quos carnifex : quos tortor apponit.

## Argumentum.

Iliũ ter abdicare uoluit pater uictus. Inuenit quo dam tempore in ſecreta domus parte medicamen tum terentem. Interrogauit quid eſſet: cui paraſ ſet. Ille dixit uenenũ : & ſe mori uelle. Iuſſit pater bibere. Ille effudit medicamentum; Accuſatur a patre parricidii.

## Pro filio contra patrem.

Aſſatus per diuerſos miſeræ mentis æſtus : & e undem dolorem dum me ab utroq; animi gene re ſemper quod impulerit abducit : & in perti/ natiam deſpationemq; neutrum mihi licet per ferre patientia: hoc primum a notiſſima clemẽtia ueſtra pe to: ne miremini q̃ inter tam uaria triſtiſſimaq; facta conſi/ lio deductus ſum: nec pro malis meis quicq̃ melius inuenir̃ potui q̃ ut morerer: nec pro innocentia: q̃ ut uiuerem. No uo igitur iudices inauditoq; genere diſcriminis utriuſq; aĩ reus: qua ſatis calamitates meas comploratione: quo defle bo gemitu? Filium mori uolẽtem pene occidit : quod inter uenerat pater. Videtis adhuc illa ſecreti noſtri contentiõe rixantem. Quicquid citra ſuppremа: citra exitum eſt: con tumatiam uocat: quãtum abſolutionẽ aſpicit: uitã. Quis poſt hoc quærat ac dubitet : quo me affectu iuſſerit uirus haurire: qui parricidium uocat: quod non biberim? Per/ miſſurus fuit: ſi bibere uoluiſſem. Quæſo itaq; iudices de lationis hodiernæ pœnitus uelitis pſpicere cauſas. Obiice re putatis parricidium patrem? Pro ſe necatur: uritur: ſine dubio torquet̃ : uitam ex hoc tantum non poteſt ferre : q̃ mori filium iuſſit nec coegit. Et ſcit facinus fuiſſe in impe/

rio: ſi innocẽtia eſt: ꝙ recuſaui. Suæ ꝙ crudelitatis eſt: uel ab inuidia ſe criminibus meis defendit: excuſat: & ne uocẽ illam tãquam peractum facinus oderitis ſubſtituit pro malo patre miſerũ. Hic eſt iudiceſ depræhẽſæ ĩpietatis æſtus. Nemo unquam uolet innocentem filium uideri quem uoluerit occidere. Illud quoq; iudices a grauitate publica peto: ne quis me mori uoluiſſe non credat contumaciter. Adhuc prioris conſtantiæ meæ more defendor. Alia eſt mihi ratio cum uici: fortior ſum reus q̃ abſolutus. Sed tunc tantum par eſſe non poſſum calamitatibus meis: cum me conſtar̃ cæpit nihil aliud eſſe q̃ miſerum. Bene quod rurſus uocauit in forum iuſſit integritatis agere cauſam: Fecit ut mihi uidear perdidiſſe mortem. Si pœnitet patrem ꝙ me bibere iuſſit uenenum: ego ferre non poſſum quod effudi. Licet igitur immitiſſimus ſenex confundere publicos conc̃ affectus querelarum fronte mutata: non ſumus noui uobis accuſator & reus: nec nos modo pietatiſ euerſæ recens aſſeruit immanitas. Parricidam me olim uocat. Ita eſt iudiceſ ita eſt iam pridem hominum nefandorum ſolis nominibus accuſatur. Sic mihi illa prima patris maledixit aſperitas. Hic eſt ille quem deſinere iam iuſſeratis: qui ſemper ad uoſ recurrit & uincitur. Fallitur quiſquis illam de moribus ſenis laſſitudinẽ uel patientiã ſperat. Patri q abdicare nõ potuit: minus eſt filius nocens: q̃ abſolutus. Optinaciſſimũ accuſatoꝝ genus uicti parentes. Dũ auctoritatẽ noĩnis ueſtri fortius imperioſis aſſeritis affectibus: & ne pudorem pœnitentiamq; fateamini: contumacia uindicatis errorẽ. Calamitatibus meis acceſſit: ut ter abſoluerer. Namq; ut erat in ſuperuacuo odio mei ſenex prima luce depræhẽſus: ferre nõ potuit qđ reddebar inuito. Et quia a iudicibus nõ ĩpetrauerat: ut abdicaret: apud ſe tenuit: ne deſineret hoc uelle. Credidit tamen aliqd profectuꝝ querelarum errore reppetito: & ſperauit iuxta contentionem ſuam ut laceſſeret aliquando pro me iuſta miſeratio: Quid facerem igit̃: quo uerterem iam fattigatam innocentiam? Nec exire me

decebat ex domo: ne uiderer quicqd credideratis agnoſce re: nec expectare poteram: cum mihi rurſus aliam ſeriē ma lorum minaretur: ꝗ me iam ceperat pr̄ cōtentione qua uo/ bis iraſcebatur odiſſe. Tandem infœlix miſertus mei: mi/ ſertus patris: cum de præteritis proſpicerem iurgia tam lō ga q̄ uita: captaui fateor omnem occurſum: quem mihi ui debar exaſperare præſentia: exorare dum morior: & tanq̄ nouiſſimi ambitus genus excogitaui: ut me in honorem ſui reuerentiamqꝫ pereuntem: ſic odiſſe deſineret: quomodo parcere ſolet ira cedenti. Non habet aliū q̄ mortis exitum filius: qui nec reconciliari poteſt nec abdicari. Erat in do/ mo noſtra locus: in quem ſecedebam ſemp reus: in quem re uertebar abſolutus: quærelis meis lachrymiſqꝫ iā cōſcius: i quem ſe ferant: in hunc non tanquā cuſtodiæ patris impo nere. Nam quid poſſit inueniri: quo non me captantiſ ali/ quid depræhendere cura ſequeretur? Sed ſicut ſolent qui i mori uolunt: pudore non ira ab omnibus quæ uidebant̄ a uocatura: ſeceſſi. Nam nec placuerat exitus genus quæru/ lum tumultuoſum: aut quod faceret inuidiam. Sed quid mihi tecum eſt integritatis nimia ſimplicitas? Non putat ſe poſſe deprehēdi quiſquis uenenum parat: ipſe poturus. Totus occulis animoqꝫ conuerſus herebam miſer in opere moriendi: nec diſſimulo cum quadam cunctatione: cum mora: ſicuti bonæ conſcientiæ lenta mors: nec præcipiti p ſuprema trepidatione feſtināt: quos hoc ſolum quod ſui miſerentur occidit. Abiit per tacitas conqueſtiones me/ ns in obitus contemplatione poſita: & hauſurus potionem q̄ renūtiarē rebus humanis: totā apud ſe repetebat aīus in nocentiā ſuā: cū pr̄ ſecretū quod p ipatientiā peuntis iple/ uerā: q̄tū credo lachrymis meis: gemituqꝫ pductus ītrauit: Non pōt uideri Iudices ſuſpicatus aliqd de parricidio: qd tererē: cui pararē: neſciebat q īterrogauit. Nūcio uobis ſā ctiſſimi uiri nihil a moriētibus fīgi: nihil uita laborāte ſīpli cius. Ad ſubitū īteruētū pr̄is nō tāq̄ depræhēſuſ obſtupui. Facinus me tacēte nō pallor: non ē cōfeſſa trepidatio: nec

ſicut accidere ſolet nocentibus: illa obuia ſemper errantiũ patrociniorum uerba uariaui: cum me reppente interrogatiõe ſubita auocauit: abduxit: quæſiuit quid terrerem: cui pararem. Sed ego ſine cunctatione ſine tarditate reſpondi & me mori uelle eadem ueritate: & confeſſus ſum uenenũ eſſe quod terrebať. Date Iudices patrem q filiũ mori nolit & credit. Quis habeat Iudices dicendi fidem? Venenũ filii quod ĩuenerat pr̃: nõ ille potius effudit. Stetit qnimo intrepidus arrogans iuxta orbitatẽ: quam uidebat: & mihi mortem quam ꝓmiſeram: quam minabar ingeſſit. Bibe inq̃t. Quis poſt hoc Iudices expectat: ut continuo pareã iubenti? Ita demum mihi nõ eſt aliud relictũ: ſi patri parui. Audite nunc dii pariter atq; homines: quid poſt tres abdicationes & querelas totiens iudicum grauitate percuſſas: uelut attonitus amens nũciet ſæculo pr̃: Parricida ſæuus: parricida crudelis. Non bibi uenenũ. Hoc eſt totum facinus meũ: uiuo: reſpondeo: non fugio iudicẽ: nõ credo criminibus. Iam nõ miror qd ſit circa qd ĩpatientia deceptæ crudelitatis exeſtuet: pluſquã orbitatis gaudiũ quod mõ ꝑdidit ſenex: ſperauerat nt occiderẽ me poſſet meo ueneno: Sed quatenus inueniſſe putat quod crederetis: ut contentionibus ſubinde dãnatis auctoritatem de nouo dolore circũdaret: inuſitata cõmentus eſt: quæ ſola mihi ſupeſt ratio uiuendi. Facinus ea ſimplicitate ea fide denego: qua confeſſus ſũ de ueneno. Parricidii agis. Abſtuliſti quidẽ mihi ptem: ut exclamarem hoc loco fieri nõ põt. Scio q̃tum defenſioni meæ difficultatis adiecerit: quod iã pridẽ ĩ domo noſtra humanorum pignorum ratio non conſtat. Sed pronuntiatum liquet utri ex nobis facilior ſit impietas: uter iuxta alterius langorem ſuprema non fecerit. Tu unicum quottidie perturbare conaris e domo: uelles inopiam meam: uelles aſpicere ſqualorem: Ego oſculor illas expellentis manus: ego abiicientis genua teneo: & ad patrem qui me tam notabiliter odit non habeo cur uellim redire: ſi non amor. Præualeret nominis tui fortaſſis

auctoritas: ſi contentio noſtra cœpiſſet a ueneno. Cōſum/pſiſti ꝗcquid eſt: quod parentes ab omnium ſcelerū ſuſpi/tione defendit. Non habet pater unde parricidiū de filio credat: niſi quem poſſet occidere. Me quidem pr̄ infœlicis huius pſuaſionis ſimplicitatē: ſi quis īterroget: nec a te par ricidium fieri poſſe credo: niſi meo ueneno. Facinus tamē in omnibus incredibile pignoribus nullis difficilius ꝗ̄ libe/ris puto. Vos adhuc in ſuprema noſtra præcipitet auctori tas: qui filiū occidere uocatis plerumqꝫ grauitatē: ſicut ab dicationis emendationem: ſicut reliqua ſupplicia nr̄a rati/onis frōte ꝓtegitis! cunctoſqꝫ prærigidæ mētis affectus uo cabulo molliore lenitis. Nos nec fœlices facinus iſtud poſ ſumus concipere nec miſeri. Non ꝑueniunt ad nefas iſtud nec neceſſitates. Omnis citra deſpationē dolor ira langue/ſcit. Et quāto dii deæqꝫ difficilius ſi paret̄ ſine cōſcio: ſine miniſtro: totumqꝫ facinus & animū filii poſcat & manus? Memento cuius obiicias īmanitatis horrorē: patrē occide re uelle. Hic tantum accipis uires: ut mori poſſis depræhē ſus. Vt ſciatis inꝗt ueꝝ eſſe qđ obiicio: & abdicare uolui. Non pōt pr̄ efficere pertinatia quærēdi genus ꝓbationis. Tu cum dicis filius me uoluit occidere: uideris tibi facere prioribus iudicibus īuidiam: exclamare uos faciles uos mi ſericordes hunc mihi redditis? Sed iniqſſimū eſt ut abdica tio quæ nec ī ſui ualuit effectum: fidē maiori crimini præ/ſtet. Non ſum reus īexplorati pudoris: nec anteacta uitæ meæ ſub hodierna primum lite tractantur. Fœlicior inno/tentia eſt citra ſuſpitiones: certior poſt reatū. Et quantum infamiæ præſtant obiecta: dum nutāt: tantumdem aucto/ritatis abſoluta reſtituunt. An ſcilicet ſuperatus eſt gratia pater: & apud ſenes: & apud parentes auctoritate præua/uli? Viderint qui calamitatibus ſuis ſic blandiuntur: ut ſibi affuiſſe credant miſericordiam: fauorem: Filius a patre delatus nunquam poterit ſuperior eſſe niſi cauſa. Sane tamen feramus ut prima abdicatione non egeſ/ſeris totum dolorem: multa tibi de criminibus meis

uerecundia quærendi: multa paterne pietatis abſtulerit in
firmitas . quid nõ implet reppetita delatio? Reuerſus es ĩ
forum iam ad iudices iratos. Quanto terrore cuncta per/
tulit pudor ille iã uicti & redeuntis ĩ dãnatam colluctatio/
nẽ. Acrior ſemp ex uerecundia dolor: ſed & iudicium cura
quanto malignior circa reditũ reum. Quã multis placet il
la de diſſimilitudine pronuntiationis auctoritas & ſeueri/
or uidetur diuerſa ſentẽtia. Tertia uero abdicatio dii ĩmor
tales quẽ apparatũ quẽ mouit ambitũ . Ego miror ꝙ mihi
licuit audiri : ꝙ me non ſtatim primus querelarũ tumultus
oppræſſit. Quid poſt iſta noui pater obiici põt? Inter le/
ges inter iura cõſenui. Non habeo ĩ moribus meis quod nõ
melius Iudices ſciant. Scilicet capit natura rerum ut futu/
rus parricida non præmiſerit notas: nullis ante ſit maximi
ſceleris immanitas tumultuata flagitiiſ: & quãdoq; culleo:
ſerpentibus expianda feritas : ſub placida mente primã p/
tulerat aetatem. Aliud eſt miſerorum genus quod clemen/
tia: quod ſuccurrendi fauore dimittitur . Abſoluerunt me
qui ſciebant non profuturum mihi quod non abdicarer .
Proclames igit̃ licet ſubinde detuli: ſæpe queſtus ſum : ter
abdicare uolui . Hoc tãtũ res iſta debet efficere : ut tibi nõ
oporteat credi: quicquid aliud obieceris . Non enim ſeq/
tur pater ut me tuis criminibus accuſes: ꝙ nocentẽ tuis mo
ribus probes filium. Parricidam non facit ſeueritaſ ueſtra:
nõ ſæuitia: non terror. Ad tã grande facinus non ira opus
eſt: ſed moribus: non dolore: ſed mente. Omnes iniuriæ le
uius exaſperant leuius oderunt. Innocẽtis filii ultio ẽ : mo
ri . Quod ſi manifeſtũ ẽ: nihil tũc ĩ moribus meis fuiſſe:
qđ poſſet eſſe ſuſpectum : æſtimemus unde poſtea traxe/
rim parricidii cauſas . Vos decet interrogare Iudices :
quis magis debet innocentiam hoc loco: libet amare : uici
patrem . Omni nunc ſollicitudine: omni labore cuſtodi/
am illam gratiam : illum ambitum meum : quo remune/
ror aduocatos : quo perſoluo iudicibus : illud propter
quod audeo domum reuerti: propter qđ non timeo caſus :

nõ ſubita pro patre: non maligna fata. Fidem nõ capit: ut me tres abſolutiones & innocentẽ ꝓbauerint: & effecerint parricidam. Præterea pater q̃ infirmũ me q̃ trepidũ reddit ipſa uictoria. An ſcilicet ignoro ꝙ me reuerſum circũſiſtat totius domus maligna cura: ꝙ uiuo inter homines quibus apud te gratiam parat: ſi de nobis aliqua mẽtiant̃: fingãt? Videlicet hoc nos ĩ facinus præcipitat: impellit ꝙ aliquid ſperamus de teſtamẽto tuo. Quid ego non ſentio q̃d ſimi/li ſcelere miſſus in domũ: a caritate tamẽ excluſus abiectus ſum? Rogo qua fiducia facinuſ paro totiens delatus: & paterna cõqueſtione præditus? Quod uis patrocinium ſpe/rem ꝓ parricidio meo? Defendi nõ poſſẽ: ſi bibiſſes tu uenenũ. Finge me parricidii uoluntatẽ: finge haber̃ cauſas. unde occaſionẽ: unde fiduciã? Ego nec mori poſſũ: niſi ut depræhendar. Venenũ paro q miniſtrũ qui non inuenio conſciũ. Deſpicior a liberis: cõtẽnor a ſeruulis euitant ſer/monem meũ: colloquia fugiũt: & caritatẽ tui ſimulãt odio mei. An uidelicet ſpero poſſe fieri ut ipſe porrigã? Eſt enĩ mihi ad conuictus tuos facilis acceſſus. Venenum me her/cle putabis q̃cquid dederint hæ manus. Et uirus præſentaneũ paro quod ſtatim: quod ſubito corripiat: ut quemadmodũ mihi ſupſit ulla defenſio: an lentum: & quod tarda peſte conſũmat: ſcilicet ut nõ ſtatim exclames: ut te meũ uirus bibiſſe nõ credas. Rogo cui paraui uenenũ: quod dare non poſſũ niſi mihi? Ita inq̃t parricida argumẽtũ ẽ: & hoc ipſum quod habuiſti uenenum. Omnibus iudices: quibus ad ſcelerum conatus adiuuatur deteriorum quottidie fæ/cunda mortalitas: non hãc ſolam impotentiam natura cõ/ceſſit: in quam malis mentibus & nocentium ducuntur ingeniis: ſed illis uſus ex animo eſt: totumq; quod fatiunt: de conſcientia poſſidentis accipiũt. Quid enim ſi latronẽ gladio tantum probes? Sic munimus & ſomnos. Excute ꝑegrinantium ſinus: hærent tela ſollicitis. Non uetãt leges iſta parare: ꝓſpicere: nec inſtrumẽta ꝓhibẽt: ſed æſtimant uſus. Finge me uelut ĩ media ꝓſperitate uitæ proclamare:

BIBLIOTEKA UNIWERSYTECKA POZNAŃ

Venenũ paraui: ad quod incerti caſus: ad quod lãgor: do lor ad quod cõfugeret ĩprouiſa debilitas. Miramini ꝙ hoc fecerim homo: qui circa me fortunã: qui diſcrimina huma na laxaui: cui neſcio quid adhuc paret totiẽs uicta delatio Debuit habere in ſua poteſtate mortẽ: quæ iam pater pote rat occidere. Non eſt inquit credibile ut mori uolueris ab ſolutus: qui reus noluiſti. Poterã qdem dicere pater uixi: dũ ſpero fas eſſe: ut incipias aliquãdo miſereri: ut te ſqua lor meus frangat: mitigent lachrymæ: palor exoret. Sed i gnoſce ĩnocẽtiæ: tunc me decuit ptinax & rigida defenſio Vixi ne me uideret expuliſſe de ſæculo ꝓfundorũ ſcelerũ d̄præhenſa trepidatio: ne ſup cadauer meũ pclamare poſ ſes: certe merito timui: merito prædixi uenenũ qui uiuẽdi non habebã audatiã: ne ſupremis meis conuitiari: ne quid poſſes obiicere iam non negaturo. Verũ tibi de ĩpatientia mea fatendum eſt: eadem mente nolui mori cũ abdicares: qua non bibi cũ iuberes. Sed fruere iterum: fruere ſæpius confeſſione tam miſera: & qa oculos ſpectaculo nõ licuit ĩ plere: ſatient aures: uolui mori. Adiice ſi uidetur hãc ma lis noſtris contumeliã ut ĩterroges quare: abdicare me ſubĩ de uoluiſti. Quid ais rerũ natura pietas? Ita iuſtiores cãs habet ĩpatiẽtia: q̃ corporũ damna: q̃ facultatũ triſtis euer ſio? In ſuprema me præcipitat pater. Ita non hæc una uox complectitur omnes calamitates? Non uidemini nunc uo bis uniuerſos audire miſeros? Poſſumus fortaſſis aliorum accidentium ſperare finem. Non habent proximorum o dia regreſſum. Quecunq; nexus accepere naturæ: & quæ ſanguine uiſceribuſq; conſtricta ſunt: non laxantur diduc ta: ſed pereunt. Quæ de primo tenore naſcendi uis in contrarium uicta deffiectit: diuq; prauitatis ſuæ rigore du rata: mox in priſtinum curſum remiſſa non redeunt: ſed quo totum pondus omneſq; uires inclinata traxerunt: ui gore quo ſibi permiſſa creuiſſent: in ipſius uitii robur ado leſcunt. In hoc eſt tota difficultas: ut incipiat non ama re filium pater. Hoc cum frontem confeſſionis accipit:

ſ

reliqua præcipiti furore decurrunt : & redituris caritati/bus obſtat quicquid reſtiterat odiis . Semel ſibi parentes liberiq; mutantur : ſemel auferuntur. Fœlices qui habent in conſcientia ſua : quod debeant emendare : corrigere : Illa demum poteſt ira deſinere : quæ coaluit ex uitiis libe/roꝝ . Ego quid fatio : cui non luxuria : non eſt mutanda petulantia : cuius abdicatio non de meis : ſed de patris moribus uenit ? Fruſtra mihi exhortationes : fruſtra blandiē/tur uana ſolatia . Hominis quem pater odiſſe non deſinit unus exitus eſt : ut ſe oderit : & quantulum habet de dolore noſtro ille quo uenitur ad iudicem dies . Ego cum dico pater me odit : illud exclamo : omnes ſine me ſunt feſti dies : omnis lætitia ſine filio : non alloquitur mœſtum : non aſſidet ille languenti. Gratiſſimus quiſquis de nobis triſtius aliquid attulerit : quiſquis maledixerit : conuitiatus fuerit abſenti . Ego ſi hoc poſſum ferre : merui. Alia ſunt aduerſa : quæ de continuatione ſui patientiam parant : quæ durant aſſiduitate firmantq; mentem . Quod te pa/ter oderit quottidie nouum eſt . Minus fortaſſis urant in/uicem ſimultates : & mutuis deteſtationibus inuiſa reſpi/rent : Odium is tantum filius perferre poterit : qui & ipſe oderit patrem. Vos nunc iudices : uniuerſos quinimo mortales infœliceſſius iuuenis ĩterrogo : quid me facere uultis ? Explicuit nos ſine dubio de criminibus exitus : ꝙ abſolu/tus ſum : Tamen non hoc effecit ne mori uelim : ſed ut mihi liceat & uiuere . Victus ſum enim me hercle uictus ſum iudices abſolutionibus meis : & (quæ certiſſima eſt animæ laborantis infirmitas) miſera fœlicitate defeci . Quē mihi uultum domum reuerſo : quem ſuadetis animum ? Nō decet gaudium meum . exaſpero hylaritate : offendo tri/ſtitia : capto ſermonem : inuiſus ſum : tāq̄ arroganter in/ſultem. Doloris cauſa dicor : ſi propius aſpitior : uideor ſi recedo contemnere. Quouſq; uincemus ? Neſciūt prorſus abdicationibus mederi : qui non ſtatī cædunt : qui cō ſcientiæ ſuæ rigore nituntur : Non uincitur pater : non ſū

abſolutus: cũ domũ uẽi: nemo me diligit: nemo me reueret̃
Iã ad nos de pœnatibus illis nõ ꝑtinẽt: niſi ſecreta: niſi late
bræ. Nõ exuo: nõ depono ſordeſ: & mihi quottidie ſenex
tanquã accuſaturus occurrit. Attẽdo quid fatiam: quid lo
quar: qualis aſpiciar: &(quod malignıſſimũ ẽ ſollicitudi/
nis genus) me ipſe cuſtodio. Satiaſti me uita ſatiaſti: & cũ
fœlicibus quoque ueniat ex nimia ꝓſperitatis cõtinuatiõe
faſtidium: ꝙ tedium paras laſſitudine miſerorũ? Conſũ/
pta ẽ in lachrymis ĩ precibus ætas: exacti ſordibus dies: an
xietate noctes. Quid mihi contra tam ĩdigna: tam grauia
promittit integritas? Abdicari debet quem nocentẽ pater
odit: mori quem innocentem Sed ut credamus inquit uo/
luiſſe te mori: cur potiſſimum ueneno? Poſſis quidem pa/
ter hanc de omni ſupremorum genere litem facere morien
tibus: Et quia rerũ natura uarias fatorũ uias indulſit ani/
mæ: in nullo nõ exitu ſimili ratione deprẽhẽdas qcquid el
lectum ẽ. Sic ſuper ſtrictum nudatumq; mucronem ꝓcla/
mares: cur nõ ueneno? Sed nihil eſt delicatius exitu: quem
non ſuplicia: non metus: ſed collecta de calamitatibus cõ
mendat ĩfirmitas. Mihi tamẽ præcipue cũ hoc mortis in/
ſtrumento propria concordia ẽ. nõ ſpargit cruorem: non
trucem cadaueris relinquit aſpectũ: placida eſt: quieta eſt
Ingratiſſime ſenex: ego & hoc ſic moriẽdo ꝓſpexeram ne
me occidiſſe alius uideretur. Te nunc aprehendo: te inter
rogo pater: ita parricida ſum ego qui uenenum affero ĩ do
mum tuam imparatũ: rude: terẽdum: cui tam multa reſtãt
antequã dari poſſit? Ita parricida ſum: qui iuxta te quæro
ſecretum: qui de potione tibi ĩcerta: quam nemo detulit:
quã ſimpliciter tam facile reſpondi. Secedo in medios pœ
nateſ: nullos ab introitu prepono cuſtodes: non euito trã
ſitus: nõ excludo uenturos. Rogo utrum haec omnia ſunt
occidere uolentiſ: an mori? Venenum quod tibi pararet̃:
inueniſſes abſconſum: reconditum: multũ circa illud pal/
loris: attoniti conciſa uerba: trepida ſuſpiria: & me negã/
tem. Parricida deprenhẽſus effudiſſet uenenũ: ne fateret̃.

Cur ergo inquit ſi tibi paraueras: nõ bibiſti? Breuiter pater & ſecũdũ naturã conditionis humanæ reſpondeo: nihil aliud eſſe in poteſtate miſerorum: q̃ ut mori uelint. Ego cum dico mori uolo: nõ hoc dico moriturus ſum de animo meo reſpondeo: nõ promitto de fato. Miraris ꝙ quamuis iam teneam uenenũ: multum tamẽ adhuc caſibus incertiſq; supereſt accipere: perfoſſis plerũq; uiſceribus: uitã tamen ab ipſa deſpatione redeuntẽ. Strictos circa colla laqueos aut nexus: aut ipſius corporiſ ruina decepit. Rotatoſ per abrupta molis iactus explicuit. Tam cõſentaneũ ẽ ne moriatur: qui uelit q̃ ꝙ morimur iuiti. Sed malo ſicut cepi ſimplici tecũ retione conſiſtere. Nihil æque pater ipetu cõſtat: quam mori uelle. Nec quicquã res humanæ ipatiẽtius hẽnt peuntiſ affectu. Hunc ſi retinere uelleſ: ſufficit ut moreris: & rationẽ quoq; homini mortiſ eripiet: ſi quis abſtulerit ardorem: Frangit animũ qſqs interuenit: abducit: auocat quiſquis alloquitur. Ambiuntur cuncta moriẽdi ſpatia pro uita. Ideo nos mehercle crediderim eiuſmodi exitum elligere ſecretũ. Minimũ eſt ꝙ cõfundat hominẽ infirmitate morientẽ: & exiguis cauſis opuſ eſt: ut diſpliceat obitus: quem miſero ſualit integritas. Quid ſi interueniat aliquis: q gaudeat: q ſe uindicari putet: ſi teſtes adhibeat oculos: quibus inuidendũ ſit? Stati mehercle arrogans uita ſimulabitur: ſtatim contumax dolor cũ deprehenſa morte diſſentiet. Neſcis quantũ mihi heſitationiſ parauerís: cum interrogaſ: dũ reſpondere cogis. ſed is quoniã & reddere iterũ littigare defendi. Me uero tunc pariter omneſ tenuiſtiſ affectus: indignatio: pietaſ: reuerẽtia: dolor: Ego propter patrẽ mori poſſũ: corã patre nõ poſſũ. Adiice nunc quod & dixiſti: bibe. Si mehercle ſautiũ palpitãtemq; iuſſiſſes adigere ferrũ: premerem cluſis uulneribuſ animã: ſi ſtringere aptatoſ ad colla nexus: conarer abruto d̄ſilire laqueo. Si nõ iniceres manũ: ad precipitia ꝓperanti flectere in plana curſũ. Merito prorſus anima ſecretũ ſolitudinemq; captaueras. Interuenit pater: actum ẽ. perit ille ſuſceptæ mortis ardor: & utroq; nos reſoluit affectu. mori

non debeo: ſi uetuerit: non potero ſi iuſſerit. Bibe inquit. Nondũ quidem potioni uirus aptatum ẽ: ſed me ideo deprehendiſti: qa adhuc terebatur. Multa tamẽ mihi pater ante facienda ſunt. Volo prius cõuocare ſeruulos: cõtrahere libertoſ: complorare: cõqueri: mãdare: defẽdi. Bibe mihi uero tunc adieciſſe uiſuſ es: teneris: heres: eamus ad iudicem. Bibe. Sed hoc iubes tanquã negem uenenũ. Interrogare uos uelut in illa ſecreti nr̃i preſentia lib&: quẽ mihi poſt hanc uocem animũ datis? Dicit hoc accuſator: dicit hoc uictus: dicit ſecreto: dicit ſic ut poſſit negare: ſi bibero. Bibe: Ego quidem uolo: & hoc q̃ maxime paro: Sed totum hunc animũ ſenex tua auiditate mutaſti. Bibe: Quid reſtat aliud q̃ ut recuſantis ora diducas: ut infundas ꝑ oppoſitas manus? Mihi uero tũc excidit quid uelim: quid pararem. Vidi truces loquentis oculos: uultus parricidali ardore ſuffuſos: iuberi mihi uidebar: ut biberẽ tuũ uenenũ: Neſciſti pater ꝑtinatiã meã ſeruare neſciſti. Filiũ ꝓter temori uolentẽ deprehendiſti. uis occidere? ueta: inuade poculum ne hauriam: bibam. Exclama temerarie quid facis? Iam deſino iraſci. Iã reuertor in grãm. Properabo: ut hoc ſecum aures ferant: ut ĩpatiẽtia tua fruanť oculi. Tibi ĩputeſ ꝙ me retorſiſti: ꝙ ablata ſunt ſacramenta pereũdi. Innocenti facilius ẽ mori: ſi rogetur ut uiuat. Fidẽ deorum: in quã me cõtumaciã pater: in quẽ tunc ĩpuliſti cõtẽtionis ardorẽ: cũ diceres bibe nec uiuere mihi libuit: nec mori. Ereptus ſum miſer animo meo: & ĩprouiſa uoce percuſſus ſteti ſine affectu: ſine negotiatione attonitus: amẽs: & pene aliter occidi. Nihil eſt ꝑfecto ĩprouiſorũ dolore torrentius: & fracte malorũ cõtentione mẽtes ad ĩexpectata caligant: Non querelas poſt hoc ĩuenio: nõ uerba: nõ lachrymas. Ad nullius rei cõatũ ſufficit mori alterius aio: & ſuo ueneno. Licet igitur noua me reatus mole cõuenias: nõ pœnitet tamẽ fixiſſe: nõ pœnitet illum ſpiritũ: rigoremq; pereundi tanq̃ parricida moriebar. Pater qui querit qd nõ bibi: iam nũc dicer& deprehenſus erat: negare nõ poterat?

Eſſem nũc ter abdicatus: & me cõtender& ad iudiceſ me/os redirẽ nõ auſũ. Bene qd ſic effudi: tanquã uita rurſus placuiſſ&. Venenũ qd uideret deprehẽſũ nemo ideo bibiſſe crederet: quia ſibi parauerat. Dic nũc nõ fui paſſurus ſi bibere uoluiſſes. Deinde hoc ſic ꝓbaſ: ut me hodie quoq; coneris occidere. Non eras paſſurus. Q uãdo p fidẽ iniicis manus? potuit eadẽ: potuit pagi breuitate qua iuſſeras. Non eras paſſurus deinde nõ timuiſti: ne mihi animũ peundi uel hoc facer&: qd putabã me iuberi. Facinus eſt: ſi morior: ut poſtea queratur: an uolueris occidere. Tu licet inuidiã uocis illius alterius mentis ſimulatione defendas: occiſuri tamem fuit ipſum expimẽtũ. Nec intereſt rigoriſ quædã patiaris an tẽptes. Nunq̃ mouebit patrẽ filius hoc qd moritur: quẽ nõ mouit hoc: ꝙ paratus eſt mori. Q uid nunc faciã iudices pertinaciſſimo rigori: in qd me cõponã patientiæ genus? uidetis hominẽ quẽ nullus animi mei ſtatus mutat: quẽ conſcientia noſtra: quẽ offendit ĩfirmitas? Viuere uolo: pturbat: expellit. Mori conor: ĩterpellat: exagitat. Iam fortaſſis aliquid (ſi nobis hodie quoq; clemẽtia ueſtra ſuccurrerit) parauit: inuenit: Q uis finis: quis exitus incredibiliũ malorũ? de filio abſoluto fecit ut mori mall&: de moriente ut uiuer&. Vos uero ſanctiſſimi uiri: tociens quo iã ãbitu: qbus poſſẽ cõuenirẽ precibus? Ille urẽ ĩfœlix ille urẽ abſolutus flere uetitus ẽ. Nõ hab& grãm ſuã gẽua cõplecti: & ad fatigatã miſericordiã noui diſcriminis pondus attullimus. O mors ſemp ĩparata miſeris: negata cupientibus: quãdo ſuccurres? me infœlicẽ perdidi uenenum. Sde quatenus aliquid pater expectationi tuæ repromiſi: nolo deſperes. Fruere ãnimo ãte ſuprema: ante exitũ meũ hac uoce: uiciſti. Neſcio qdẽ ꝙ rurſus elligã obitus genus: an placeat reparare uirus ĩfœlix. Sed predico: teſtor: quæcũq; ſederit traditio læti: miſererẽ ne iubeas: miſerere ne cogas. Facilius me occiderẽt gemituſ tui: lachryme tuæ. Et ne mihi putetis illã ſecreti noſtri excidiſſe uocẽ: uenenũ quidẽ te iubẽte bibere nõ potuit. Q uãdoq; tamẽ hoc occidet quod bibere iuſiſſi.

Argumentum :

Alæ tractationis ſit actio. Specioſũ filiũ infamẽ ranq̃ inceſtũ cum matre cõmiter&:pater in ſecreta parte domus torſit: & occidit in tormẽtis. Interrogat illũ mater: q̃d ex filio cõpererit. Nollentẽ dicere malæ tractationis accuſat:

Pro muliere cõtra maritum:

T ſi iudices callidiſſimus parricida facinus ſuum ſic ordinauit: ut nobis matrẽ faceret ĩuiſã ſiue diſſimular& miſera mortẽ filii ſui ſiue quereret: tãtaq; mõſtroꝝ nouitate circũdatã eo ꝑduxit: ut ſibi uideat̃ ĩfamaturus iteꝝ uel patiẽtiã noſtram uel dolorẽ: matri tamẽ cuius calamitatibus nõ minimũ ſibi uẽdicat orbitas locũ: ideo ad uos fugiẽdũ fuit: ut ſciretis non illi preſtari ꝗ tacet maritus. Laudo iudices: laudo miſerã: ꝗ ĩterrogar̃ noluit domi: ꝗ nihil fecit & ipſa ſecreto. Hic corã ciuitate: corã liberis ac pentibuſ: & (licet diſſimulare parricida uideatur) corã rumore mater ĩquirit: quid tormentis unici quæſierit: q̃d morte cõperit. reſpondeat ſaltẽ reus: fateat̃ iratus: cur in pacta crudelitate modeſtiæ fronte ſubſtitit. Nec uxori poteſt uideri parcere: de qua ſcire uoluit: an eſſet ĩceſta: nec filio: quem tãquã ſciret: occidit. Ante õnia igitur iudices mulier infœliciſſimi pudoris hoc ab affectibus publicis petit: ne uobis accuſar̃ uideat̃. Ream ſe inceſti: reã parricidii putat. Exhibet populo cõſciẽtiã ſuã: & aduerſus quẽcũq; ſermonem: q̃dcũq; ſecretũ: marito famæq; preſtat interrogãdi poteſtatẽ. Vel l& innocẽtiã ſuis ꝓbare uiſceribus: uell& ĩ eculeos ĩ igneſ hanc miſeram precipitare pietatẽ. Ignoſcite iudices ĩpacientiæ: quæ cotra callidiſſimã diſſimulationẽ libertate doloris exeſtuat. Inceſtũ probaret̃ ſilentio patris ſi tacer& & mater. Equidẽ iudiceſ tã cõtrarios affectus ſenis ſatis admirari: ſatis ſtupere nõ poſſũ. in rumore tã ſuſpicax: poſt tormẽta tã paciẽs: mõ ad fabulas uulgareſq; ſermõeſ ꝓnuſ ac faciliſ ĩ orbitate ĩ parricidio reatuſ quoq; dolor̃ cõticuit

Quo repente cõuerſus ẽ: in quã modeſtiam deſpationẽq; defecit? torſit tanquã dictur ũ: tacet tanquã dixerit. fidem igitur ur̃am iudiceſ: ne cui præſtet magnæ ſeueritatis auc/ roritatẽ nõ poſſe defendi: ne ue ideo ſuſpicari nefanda ma lis quia ſe ſilentio parricida miratur. Parcere nunc illũ cui q̃ tacendo creditiſ? loqui ſecum maxime putat. Et ſi bene arteſ & ꝓfunde mentis cõſilia ꝑſpicio: reſponder̃ ſibi ui/ detur pluſq̃ mater interogat. Fallitur qſqs hũc eſſe credit inexplicabilis doloris æſtum: & inter ſilentii cõfeſſioniſq; cauſas miſerũ pudorẽ. Alium exitũ nõ hab& : q̃ ut reſpõ/ dere nolle uider̃tur: qſqs filiũ occidit & probare nõ poteſt propter quod debuerit occidi. Coniũgat quantũ uolet no centiſſimus ſenex cũ rumore populi ſilentiũ ſuum: & rela/ tura ordinẽ triſtiſſimæ ſortis collata malignitate claudat ora: cõpeſcat adituſ: ſecuri tamẽ eſtote mortales: fas eſt in nocentiſſimæ matri uelut in tẽplis: uelut apud ipõs ꝓcla/ mare ſuperoſ: amaui filiũ meũ. Matrona iudices cuius pu ellareſ ãnoſ primã rudẽq; cõiungii mentẽ nulla libidinũ re/ ſperſit ĩfamia: cui impudens rumor: ſuſpicax maritus ni/ hil ũquã potuit obiicere niſi filium: quæ pudicitiæ prima fiducia ẽ: edidit partũ quem maritus agnoſcer&: nõ timu it ne ſtupra: furtiuoſq; cõcubituſ paruuli uultuſ: aut creſc/ entis infantiæ ſimilitudo deteger&. Natũ de te continuo (ſi quid ipſi creditis) ĩpatiẽtius complexa: q̃ reliqui parẽ teſ nõ ĩ nutriceſ nec ĩ miniſteria ſepoſuit: ſuis aluit uberib/ us: ſuo fouit amplexu. Nũqd & hos ãnoſ parricida: num quid & pueritiã miſeri iuueniſ infamas? Actũ ẽ de ſacrorũ nominũ fide: ſi ut uideat̃ ĩnocẽs mr̃: etas tantũ filii facit. Accẽdebat hãc erga unicũ optimæ matriſ ĩpatiẽtiã rigiduſ pater: aſper maritus: & ſibi uidebatur parũ implere: quẽ ꝓ duobuſ cõferebat affectũ. Rarus hic nãq; ad oſcula: diffi/ cilis ãplexibus: & q unicũ aſpicer& aio: quo quãdoq; poſ ſet occider̃: fecit ut notabilior eſſ& caritas mr̃is. õniſ igit̃ miſeræ ſermo cũ filio: õnis ĩ publicũ pariter egreſſus. Gau debat ẽt ꝙ laudãdus occurſibus: ꝙ omni frequẽtia cetuq; cõſpciuus: populo iã ipſe fateret̃: ꝙ plus amaret̃ a matre

Miſeremini iudices : ne nephandas ſuſpitiones maritũ ex ullis traxiſſe credatis ind.ciis : Suũ rigore : ſuũ tãtũ ſecu⸗ tus ẽ animũ. filium ſi non ames : uideatur tibi mater ada⸗ maſſe. Q ueſturũ me nunc iudices putatis : de licencia ſer⸗ monis humani? Ego uero iuxta hunc patrem nõ accuſo ru morem. Q uæ materia fabulæ tam impudentis : qs fuerit auctor : iſte ꝓbauit qui credidit. Facillimũ fuit ut loquere tur populus de inceſto : de quo mirabatur patrẽ ſuſpicari. Hæc ſunt iudices que mater fecit ſecure : ſimpliciter : palam : corã marito : corã ciuitate. Referat nũc ſuũ iſte ſecretũ. Iu uenẽ (que integritatiſ prima ſimplicitas e) nihil timẽtẽ in partẽ domus : qua nulla ꝓclamatio : nullus poterat gemituſ audiri : rapuit : abduxit. Ibi uerberibus : ignibuſ omi crude litatis arte cõſũpſit. Q uis ũquã iudices peius de inocẽtia tẽporũ : de ſacris meruit affectibus? torſit filiũ ut ꝓbaretur inceſtũ : occidit : ut crederetur. Ponite nunc ante oculos iudices duorum parentum cõfeſſione. mater exlamat : fili⸗ um amaui : pater dicit : occidi. Nefas eſt utrũqꝫ putetis in nocentẽ. Iam quidẽ nocẽtiſſime ſenex grande teritatis de⸗ prẽhænſæ inditiũ ẽ : ꝙ cũ filium occideris : ut interrogeris expectas. Nõ erumpis ab illo ſecreto tuo terribilis in pu⸗ blicũ : & homo filii cruore pfuſus nõ ꝓclamas : nõ deos ho minesqꝫ teſtariſ : nõ occidiſ & matrẽ. ſcilicet modeſtiã te ſce lerum tuorum : q̃ maxime decet : & ideo tibi relinqs unde ſis quietæ patientiæ. Miſer parcis uxori : cõiugales deos & lectuli iura契 uereris? O q̃ non hab& nec quid mentiatur : Malæ tractationis agimus. Placet ergo iudices ut illa uoce qua matrimonioꝝ coquærimur iiurias : gemitu quo corpo rũ cõtumelias : damna cultus : & negatos ĩ publicũ deſiem us egreſſus : orbitates ac liberoꝝ ſuprema plãgant. Q uid tamẽ facere uultis miſerũ dolorẽ : ſi nõ hab& aliã ſexus hic legẽ : ſi intra iuris huius anguſtias omnis nuptiarũ quærela coſtricta ẽ? mater quæ de morte filii maritũ malæ tractatio nis accuſat : non uidicat : ſed probare contenta eſt ꝙ non debuerit occidi. omittamus pauliſper iudiceſ orbitatis tri ſtiſſime dolorem : & in parricidio malæ tractationis red

damus aliunde cauſas . Ita non iuſte quereretur uxor: ſidi
ceret adulterium de me facile ſuſpicatus es: cito credidiſti.
Matronalis pudor tutellam non ex ſua tantum innocentia
habet : infirmitas huius ſexus non poteſt totam improbi-
tatis exiſtimationem debere tantum moribus ſuis. Omnis
in fœminas uenit maritorum prædicatione reuerentia: om
nes ſermones originem de ueſtris pectoribus accipiũt. Tri
ſtior uultus : querela : faſtidium fatum eſt cõiugii . De pu
dore pronuntiat : mittit in ora populi : mittit in fabulas .
Hoc proxima miniſteria narrant : hoc exteri putant . Ne
mo peiore exemplo temere de uxore credit: q̄ cui õnes cre-
dituri ſunt : Sane fatiat uos pronos ad ſuſpitiones nimia
caritas: & impatientia diligendi plerunq; deſcẽdat : ut cre
das facile quod timeas . Furta : ſtupra: raptoſq; concu
bitus obiitiat uel falſo maritus . fas ſit : fieri ſolet. Partius
tamen ſi iam ſit & mater : ſi in fidẽ caſtitatis uxoria fœcun
ditate profecerit . Quid si ſit iã iuuene quoq; filio ſeuera:
iam nurũ nepoteſq; ꝑſpiciat? Miſeremini tẽpoꝝ: ne alie-
næ inocẽtiæ ĩterpretrationẽ de ſuis quiſq; moribus trahat:
inceſtũ poſſe fieri pater hoc ſolo uult ꝓbare: ꝙ filiũ potu-
it occidere. Rumor ĩquit fuit . Eſt hercules cui contra re-
rũ naturã: contra parentes liberoſq; credat? Rumor fuit:
hoc ergo ſic audiemus: tãquã si diceres cõſcius detulit: ſer
uus nũciauit: ancilla: ĩprouiſus aſtiti: dũ nõ timeor aduc-
ni. Rogo Iudices utrum credibilius putatis: ĩceſtũ de ma
tre: an de rumore mẽdatiũ? Rẽ ĩpudentiſſimã populus lo
quendo fecerat: niſi pater credidiſset. Peſſimũ iudiceſ hu
manaꝝ mẽtiũ malum ẽ: quod ſẽper auidius nefanda fingũ
tur: nec uſq̄ ſe maius opepꝛætiũ putant maligni facere ſer-
mones: quam cũ incredibilia quaſi deprẽhenſa narrãtur .
Neceſſe eſt contentioſius loquaris quod probare non poſ
ſis : & affirmationem ſũmit ex homine : quicquid non
hab& ex ueritate. Eſt tamẽ hoc iniqſſimũ đloquacitate po
puli : quod plerunq; accidit contentio : non credentium
fama . Materiam miraris rumoris : de qua nemo nec

ſibi credit: quam qui narrat aſſignat alii. Rumor res ſi-
ne teſte: ſine iudice: res ex incertis improbiſſima: mali-
gna: fallax & ſimilis ſilentio tuo. Quid & ipſe de rumo
re ſenſeris: uis breuiter probem? Tormentis quærendũ pu
taſti: an uerum diceret. Sane ſit aliqua publici ſermonis a
uctoritas in illis: ad quæ fas eſt populi peruenire notitiam
Video cur adulteria proferantur in fabulas: explicantur ꝑ
miniſteria: per conſcios: habent ĩconſulta gaudia. pars uo
luptatis uidetur eſſe iactatio. Facinus uero: cui ſi fas eſt ut
illud humanæ mẽtis capiat audatia: circundatᷣ ũdiq; nox
ꝓfunda: dẽſior caligo tenebraꝝ: qđ nocentes ſuis quoq; o
culis uix fatentur: nõ ſeruo nõ creditᷣ ancillæ. Quid inter
nutiis: qd opus eſt miniſteriis? ſufficit animus duoꝝ: expli
cat omne filius materq; ſecretum. Inceſtũ tãto ĩcredibiliuſ
eſt: quãto & de illo plures loquũtᷣ. O miſera cõditio ſexus
cuius ipſe plerunq; uirtutes: fabulas parant. Cur iſta nullis
ĩ publicũ gaudet egreſſibus? Vnde aduerſũ omnes tã rigi-
da cõuerſatio: tã ſeuerus affectus? Nihil concupiſcit: nihil
ergo deſiderat. Filius poſſidet cũcta tẽpora: uniuerſos oc
cupauit affectus: filius matris tota iactatio eſt. Rogo nũ
quid adamauit? Mihi credite non ẽ nefandoꝝ iſta ſimpli
citas. da ut ſit hæc inter matrẽ & filiũ conſcientia: parcent
oſculis palã: abſtinebunt corã patre complexibus: oĩs fami
liaritas ſubſtringetᷣ in publico: ſermones: occurſus coram
ſeruulis libertiſq; uitabunt: & maximi ſceleris ardor capta
bit affectare grauitatem. Ellige parricida quod uoles: in
ceſtum diligens ſuſpectum non erit: negligens depræhen
ditur. Sed quid ego ſic ago: tanq̃ inauditum incredibile
ſcelus locutus ſit populus? Teneo in hoc ſermone facinus
unius mali mariti. Non intereſt inceſtum de uxore fingat
an credat. Quid iſte ergo non timuit tam nefandæ rei fa
mam nec ad aures patris peruenire rumor erubuit? Diſſi-
mules licet: a te malignitas accepit ortum: te ſecutus eſt qs
qs hoc auſus ẽ narrare ꝓferr̃. Da bonũ ptrẽ: bonũ maritũ
dicturum me putas: non credet? Neſciet eſſe rumorem.

Ite nunc Iudices: & adhuc dubitate quis famæ fuerit auc/
tor: cuius pater agit cauſã. Specioſus ĩqt fuit. Nõ magis
hoc facinus in matre eſt: q̃ crimen in filio. Specioſus fuit
Vt hoc obiici poſſit ut debeat: adiice & adulter & raptor.
In illa matrona maritali dolore pœnæ percuſſus: in illa uir
gine publica ſubclamatus ĩuidia: quãq̃ hæc quoq; intra no
tos decurrunt iuuentutis excurſus. Quid ais? ab inceſto
libidines ceperunt? Hoc primũ unq̃ iuuenis admiſit? hoc
ſolum argumentum ſũmis ex forma? Dic potius deprehẽ
di iuuenem mihi uenena miſcentem: in necem meã conſci
entia ſceleris eſt armatus. Infinitũ eſt quantum debeat ã/
te feciſſe filius: ut de illo inceſtum pater ſibi credat. Speti
oſus fuit. Quis enim non eſt formoſus filius matri? Amãt
debilitates: amplectuntur illũ morbo℞ ſupplitiorũq; pal/
lorem: & in uires caritatis accreſcit ipſa miſeratio. Non ĩ
pedit ægræ pietatis animũ deformitas: pulchritudo non a
uget; Amare liberos unus affectus eſt. Liberi marite: libe
ri non amantur oculis: non cõplectitur mater ore: non uul
tu: ſed eſt ĩ filio matri neſcio quid homine formoſius. Poſ
ſit forſitan nouitas ſollicitare uiſus: expugnare mentes.
In matris aſpectu coaleſcit infantia: pueritia conſurgit:
iuuenta ſurrepit: ſpetioſum ſuum quottidie uidet: mira/
tur amplectitur. Quæ tam diu amauit: quando incipi/
et amare deſinere? Non eſt opus nocentiſſĩe ſenex ad hoc
nefas caritare: ſed amentia ſed furore. Vt in iuuene ſuo
mater poſſit cõcupiſcere: ꝙ formoſus eſt: oderit oportet
ꝙ filius eſt: & adeo ſacris affectibus non adiuuatur in fa/
cinus: ut ad aliud per obliuionem ſui tranſire non poſſit.
Quid ꝙ & hoc incredibilius eſt: ꝙ parem duorum poſcit
inſaniam: & ad inceſtum opus eſt: ut adamet & filius: nõ
ut adametur: Ab utro deinde uultis incipere præces: ue
nire ſermonem? Audebit hoc filius rogere matrem? mater
hoc impetraturam ſe ſperabit a filio? Hunc animum tuũ
ſenex: quo cum maxime taces (ſi non eſt callida non ma/
ligna ſimulatio) de fide tanti ſceleris interrogo: an poteſt

mater admittere ꝙ loqui nõ poteſt pater? Specioſus fuit. Libet iterrogare hoc loco omnes humani generis affectus. Placet ergo ut ſi filio optigerit indulgentior facies: uultus erectior: refugiat mater amplexus? Si uirginem uſq; ad notabilem ſpetiem natura formauerit: timeat oſcula prẽ: horreatq; contactũ? Dii deæq; malle perdant tam impudẽtes ſollicitudines: tam nefarios metus. Prope eſt ab inceſto timere ne fiat. Malo ſimplicitatẽ: quæ nõ uereatur infamiã: malo nudos affectus incõſultamq; pietatẽ. Nihil de ſe fingi: nihil credat poſſe narrari. Teneat inſatiabiliter: auide: tanti fama non eſt ut amet filium mater ſollicitudine pudicitiæ. Me quidem marite ſi quis interroget: omnes matres liberos ſuos tanq̃ adamauerint: amant. Videbis oculos nũquam a facie uultuq; deflectere: comere caput: habitumq; componere: ſuſpirare cum receſſerit: exultare cũ uenerit: cõſerere manus: pẽdere ceruicibus: non oſculis: non colloquiis: non præſentiæ uoluptate ſatiari. Hoc ergo tam nefanda ſuſpitione ſæuiſſimũ inceſtũ nõ põt fingi: niſi de optima matre. Execrare mehercle Iudices: ſi crimen iſtud clarius obieciſſet filio pater: ſi uſq; ad uerboꝝ ꝓceſſiſſet amẽtiam. Nemini minus fas eſſe debet credere inceſtũ: q̃ q propter illud paratus eſt filiũ occidere. Quid qđ nõ credis tãtũ nefande: ſed quæris? Ita non times mõſtri huius agitare ſecretũ? Populus loquitˀ inceſtũ: ſed tu nega. Ciuitas infamat: tanto magis oſculare unicũ: & coniugem tene: pariter duos circa tuũ ſtringe cõplexũ. Proh inaudita feritas: ita patri nõ ſufficit non credere inceſtũ: quod nõ põt ꝓbare? Ferrem tamen adhuc ſuſpitiones tuas nefandiſſime ſenex: ſi diſſimulanter inditia tanti ſceleris agitaſſes. Obſerua ſermones: ſecreta cuſtodi: omnium dierum: noctiũq; momentis ſagax ſcrutator iſiſte. Quid tibi cum abruptis: quid cum ſupremis? Inceſtum iam credas: oportet ut torqueas. At tu: proh nefas: uerberibus ignibus: & tota crudelitatis arte ſcutaris rẽ: de qua nõ deberes interrogare ſeruos: de qua uerniliũ quoq; corpoꝝ patiẽtiã petulanter ex

cuteres. Laminas accẽdis: eculeos moues: & parricidio ſuſ
picaris inceſtum. Neſcis quod præceps: quod abruptũ tã
nefandæ diligentiæ furore cõmoueas? Pater ꝗ de ĩceſto fi
lium torquet non eſt negãti crediturus. Omnium q̄dem Iu
dices incertorum ſuſpitiones peſſimæ ſemꝑ a corporibus ĩ
cipiunt: nec bene de cuiuſq̃ moribus illã ꝑtem hominis in/
terroges: quæ non animo ſed dolore reſpõdet. Nondũ di/
co quem torqueas: qs inter eculeos igneſq; ponat: cuius ar
guta prius indicia præcedant. Nouiſſimũ debet eſſe q̃cq̄d
torquetur & punit. Fidẽ hominum deorumq;: ne grauitatẽ
putetis a nouiſſimis ultimiſq; cœpiſſe. Non habet ꝓbatio
nem facinus: de quo pr̃ nõ põt aliũ torquere q̃ filiũ. Video
qua poſſis ratione defendi: ſi omnia ante feciſti: ut inceſtũ
aliter erueres. Quid ais? Interrogaſti ſeruulos: non potuit
cõſcius inueniri. Exq̄ſiſti ancillas: non apparuit miniſtra
flagitii: nõ obſcœna litterarꝝ cõmertia: non fatentis depræ
hendiſti nefande blanditias. Nihil inuenis maritus domi
nus pr̃? Nũc & dic ſciſſe rumorẽ. Sed ut torqueas ducatur
tamen quæſtio ꝑ coniugis miniſteria: ꝑ filii ſeruulos: in illa
potius uilitate deſæuiat. Prius eſt ut repudiet uxor: ut di/
uortio fiat ĩ domo grande ſecretũ. Excedit omnẽ ĩmanita
tem: filiũ ideo torquere ut ſcias an innocẽs torqueat. Vni
cum pr̃ ignibus: uerberibuſq; interrogas: rogo q̄d facturuſ
ſi ꝑnegauerit? Videlicet ut laudes: deinde dimittas: ut am
plectariſ puſta uitalia: & laceri pectoris uulnera pietati rur
ſus admoueas. Solus ſup̄eſt pudor homini: ꝗ torſit unicũ:
ut torquere debuerit. Faciat te neceſſe eſt res iſta peſſimũ
patrem: & oderis oportet filiũ: cui ſatiſfacere non poſſis.
Iam iam malo uenena: ferrũ: ſubitos ictus: improuiſamq;
mortẽ. Inceſtũ q̃ non credit: torquere non debet. Qui cre
dit: ſtatim debet occidere. ꝙ ſi tormenta etiã filii placent:
ſi præſtanda eſt ſatiſfactio tã nefandi rumoris: exigo ne ꝑ/
das quæſtionem: in media ciuitate: in ipſa cõſtitue fama:
aduoca illos malignos: illos loquaces: & ſæculi rẽ exquire
audiente populo. Corã oĩbus torqueri debet: de quo lo/

quuntur omnes. Interroget quiſq; quod uolet: ſuis auribus ſuis credat oculis. Cur in abditam ſemotamq; partẽ iuue/nis abducitur? Secretũ quæſtionis nec inceſto filio debet̃: nec innocenti. Dabo adhuc inter ſecretum publicationẽq; tempamentum. Aduoca propinquos: adhibe amicos: cir/cumpone iuueni ſerios ſenes: interſint magiſtratus aſſiſtãt quibus habere poſſit ciuitas fidẽ. Præſtare debes aut tibi ut ꝓbare poſſis: ſi confeſſus fuerit: aut filio ſi ꝑnegauerit. At tu nefande crudelis tollis queſtionis alteram ꝑtẽ: efficis ne poſſit amplius innocens eſſe q tortus ẽ. Q uid agunt cõ tra populũ tormenta ſecreta? Prædico teſtor iterũ dantur mallignis alimenta ſermonibus: & a quæſtione ſepoſita in maius reditur incertũ. Corã omnibus torquere debet filiũ pater: & q uult abſoluere: & qui paratus eſt occidere. Nõ uultis Iudices ad facinus ĩdigniſſimæ quæſtionis accedat & ꝙ ipſe torſit filiũ pater? Adeo ne non potuit libertis aut ſeruulis neceſſitas iſta mandari: nõ carnifex potius adhibe ri? Pater in tormentis filii non auerſos tenuit oculos: ipſe ueſtes ſcidit: uelamẽta lacerauit: mãibus flagella cõcuſſit: renouauit ignes: & mori filium contentione non ſciuit: di duxit os: quod iam ſuprema claudebãt: fouit animũ ut lõ/gis cruciatibus patiẽtia ſufficeret. O dignum patrẽ: cui di cat innocens filius feci. Non mehercle improbe mihi ꝓcla maturus hoc loco uideor: hominẽ q torquet̃ in matrẽ: de/bere corã matre torqueri. Cur excluditur infœlix a ſua cau ſa a ſua quæſtione? Adhibe ſpecioſi cruciatibus hãc nimis amantẽ: huius gemitus excipe: huius ſuſpiria oculoſq; cu/ſtodi: ſi quod facinus admiſſum ẽ torquebis qdem filium: ſed fatebit̃ mater. Irrumpere me tum maxime puta ĩ illud tuum parricida ſecretum: iniicio ꝓperãti quæſtioni ma num: inhibe ictus: ſubtrahe pauliſper ignes: quicqd eſt qđ meruiſti profer in medium: memento te feciſſe de filio pro pter qđ tibi nõ debeat credi. Q uid ſpiritum dolore præci pitas? Q uid miſeræ interualla patientiæ ꝑtinaci crudeli/tate continuas? Si fruſtra tibi ſufficere credis: qđ audieris

nuntiare proferre: Inceſtum ut credatur ipſe debet audiri. Mirabar & ego iudices: ſi tam nefāda quæſtio alium exitū potuiſſet habere: q̄ mortem. Hic eſt parricidii pudor: ſic deſinunt quæ incipere nō debent. Facinus quæſtionis operis ſcelere maiore. Exire tibi uideris p orbitatem. Scimus unde uenerit iſta contentio: nihil extorſit ſæuitia miſero. Vincit torquentē qui occidit. Iam iam non miror: qꝑ poſt iſta non habes uocem uerba non inuenis. Vnicum ſine teſte laceraſti: unicum occidiſti ſoli tibi deinde uis uideri celare facinus: & in parricidio queris aliunde triſtitiam. Præpoſtera res eſt filium occidere: deinde erubeſcere. Fas nō ē non eſſe notum: ꝓpter quod ſe parricida putat innocētē. Elligas utrum uoles: aut tormenta dānes neceſſe eſt: aut ſilentium. Quod non debet iudicari: non debet queri. Poſſis uideri fortaſſis crudeliſſime ſenex ſilentium filio præſtare: ſi uiueret. Conſumpta eſt paterni nominis religio: omnis pietatis ſublata reuerentia. Si hoc ille meruit: parum in quæſtione: parum ultionis in morte eſt. Vindicare uis cōfeſſionē: traduc cadauer: & ſup illa uulnera omneſ pone cauſas. Non ē eiuſdē fateri cur torſeris: & tacere cur occideris. Quid ais ſeueriſſime parricida? Filiū cōſūpſiſti per flagella p laminas. Potes agere uiſcera de tuis cōcepta uitalibus: ſanguinē q de tua fluxit aīa: non inſania non furorē? Sed quantum uis uideri: cōſilio grauitate laceraſti. Potes tacere ſup uulnera unici: ſup exutos artus metuendus aſſiſtis: & cauſas quærente matre: quærente populo: hoc ſolū dicis occidi. Cōtēta eē debet īcerta. Interrogari nūc te marite credis a matre ſola? cauſas mortis illius repoſcit ſollicitudo generis hūani. Stāt circa liberoſ attoniti parēteſ: horret inuicē ſe caritas fraterna complecti: rupta eſt illa oſculorum inter ſoceros generoſqꝫ ſimplicitas. Quouſqꝫ nos cum ſilentii tui interprætatione committis? Si nihil factum eſt quod debeat erubeſcere temporum pudor: quid ſibi uolunt uerba media ſuſpenſa? Si nefas ꝓdigioſis ſimile fabulis, depræhēdiſti: miſerere ne ſis una morte cōtētus.

Inceſtam grauius odiſſe debes: qđ & uenit in forũ: ꝙ auda tiam innocentis imitať: & tacenti uidetur iraſci. Cum fili um ꝓpter rumorem torſeris: ꝓpter tormeta occideris: nõ eſt media res: ut neutrũ ſciamus. Mater quidem iudices in nocẽtiſſima hoc cõplorat: hoc ferre nõ poteſt: ꝙ nihil par ricida reſpondet. Sed nobis uideť iam iamq; eſſe dicturuſ nõ fallit nos nefande quid captes hoc ꝙ ſupra ſilentiũ tra/ his alta ſuſpiria: ꝙ ĩ prorũpenti uideris exclamatione deffi cere: mendacio parať auctoritas: & in fidem erupturæ uo cis affertur: ut fateri uidearis inuitus. Dic tamẽ par ẽ huic rei matris integritas ut mẽtiaris. O quãto nunc dolore tor queris: ꝙ ĩſtantẽ nõ potes aliqua truci ꝓclamatione diſcu/ tere. Nõ uerba tibi cõtra miſerã: ſed argumeta deſũt. Nõ uoce: ſed ꝓbatione deficeris. Quod ſolũ datur reliquis in famiæ: & nos cum ꝑpetua ſermonũ malignitate cõmittis. Qui interogãtem uxorẽ nec damnat nec abſoluit: rumore cõtentus ẽ. Modeſtiã mariti pariter & patris accipite. De muliere que cõuinci nõ poteſt: ſufficere ſibi putat ut ĩceſta credatur. Quis unquã tam nefandas artes tam cruentum deprehendit ingeniũ? quia nõ poteſt probare qđ dixerit: captat: ut credatur quod nõ dixerit. Diſſimulas: taceſ ſæ/ ue crudelis? inueniſti tormenta patris. Audi quid miſera ſi plicíſſimo dolore ꝓclamet: nõ efficies inquit callidiſſime parricidarũ: ut nõ audeam cadauer amplecti. Ego uero in ceſta ſum ſi poſſũ moderari gemitus: comprimere lachry/ mas. Coite in funus õnes liberi: õnes parentes: cuſtodite planctus meos: obſeruate ſuſpiria ſi quid feci: ſi quid ad/ miſi fatebor. Ecce ſupra lectulũ effuſa feralem laceros ar tus: & ꝑuſtũ cõplexa corpus exclamo: teneo unicũ meum uelit nolit inuidia meum miſera formoſum. Hoc erat qđ ĩ fœliciſſimam matrem ultra ſolitæ caritatis exagitabat affectus: amabã marite periturũ: Infames quãtũlib& hãc ĩpatientiã: ego mihi uideor defuiſſe ceſſaſſe multũ de læti tia multũ ꝑdidiſſe de gaudiis. Nemo unquã filium nimis amauit. Excuſo tibi ĩquit iuuenis ĩnocentiſſime ꝙ ſupre/

mis tuis nondum preſtiti miſera comitatum. Viuere quidẽ te deffuncto continuo non debui: ſed mori marito tacente non potui. Rumpam tedium lucis iuiſæ: ſed prius licuerit coram ciuitate manibus tuis iuſta perſoluere cum damna/to ſupra crudeliſſimũ ſilentiũ parricida: nihil te dixiſſe cõ ſtiterit. Ignoſce ꝙ ad iudicium iſtud orbata duraui. timui ne ſi ad exitum impatiẽtia: ſi precipiti pietate properaſſẽ: facer& alium parricida de mea morte rumorem.

## Pro uiro Contra uxorem

Ebebatur quidem triſtiſſimæ orbitatis miſero pudori: ut iam taceremus omnes: Et poſt tã prodigioſas rerum ſermonũq; nouitates: oportuerat hoc eſſe nouiſſimũ de malis ĩfœliciſſimæ domus: ꝙ occidi filiũ pater. Sed quoniã mulier ĩmodici ſẽp affectus ſuper cũcta quæ uel paſſus ſum pauloante uel feci: reatus quoq; me dolore cõcuſſit: ueni petiturus a uobis ne me ſcientẽ ſilẽtiũ cõtẽtiõi præſtare credatis. nõ qa occidi filiũ taceo: ſed occiſus ẽ: ut tacerem. Vtinã iudices negare poſſẽ qđ occidi: utinam totũ miſeræ neceſſitatis ordinẽ faſ eſ/ſet intrare: & oris huius præmere ſecretũ. Miratᷣ hanc ali/quis patiẽtiã meã? Ardor ille q me modo impegit in filiũ: ipſa ſui ĩmanitate cõſũptus eſt. Quicquid erũpere poſſ& in ꝓclamationem: parricidio pactum eſt: in orbitate cõti/cuit. Non habeo affectum: niſi quo cuncta tantum patiar audiam: feram. Vtrumq; de filio fieri nõ poteſt: ut & occiderim: & fatear cur meruerit occidi. Qua propter iudices ſatis admirari ſatis ſtupere nõ poſſum: ꝙ mulier cuius præter optimam ſane cõſcientiam: ſexus quoq; maiorem ma/lis noſtris pudorem præſtarᷣ debebat: tacere nõ poteſt ſilẽ/tium meũ. Nouo quinimo fabuloſoq; ſecum impatientiæ genere diſſentit: Queritur de populo ꝙ loquatᷣ: de patre ꝙ taceat. Nec cõtẽta cõfeſſione mariti nihil ſe diſſimularᷣ: nihil ſcire reatus auctoritate teſtantis: mauult de ſilentio

meo facere ſecretum orbitatis: Iſtud amentia ſit an inno-
centia perditus dolor uiderit. ipſius animus poteſt ſcirẽ q̄d
filius meus dixerit quæ me putat habere q̄d dicam. Fidem
igitur ueſtram iudices: ne uos orbitatis miſeratione confu
ndat ſola mater: neue maximæ calamitatis ibi tantum pu-
tetis reſediſſe ſenſum: unde uos lachryme gemituſq; cõue-
niunt. Mei magis debetis in uxoris compatione miſereri:
qui filium & perdidi & occidi. Ego ſum infœlicior ex pa-
rentibus duobus: qui quicquid iudices iſta complorat: &
patior & feci. Fœlicem ignorantiæ conſcientiam matris:
quæ ſufficit interrogare. Maior me ĩpatientia: maior urit
affetus cur filiũ occiderĩ ĩdicarẽ nõ poſſũ: nec pœnitet q̃
occidi. Infœlix ſenectus: miſera patiẽtia: ſic quoq; q̃ mul
ta dicẽda ſunt. Fuimus quõdã iudices fuimus fœliciſſi-
mi parentes cum adhuc rudis unici nobis blandiretur infã
tia: durauitq; domus tota proſperitas: q̃ diu pariter frue-
bamur: pariter dileximus: q̃ diu ciuitas de nobis hoc
ſolum poterat loqui: filium nos habere formoſum.
Vt uero in eam adoleuit ætatem: in qua corporalibus
bonis iuuentus inſolenter exultat ſuperbus atq; arrog-
ans in nullum uitæ genus non in priuatos non in publi
cos actus florentem duxit ætatem. Dii immortales quan-
tus qualiſq; circa iuuenem rumor ingemuit omnium male
dictis ſucclamatus: omnium denotatione damnatus eſt:
donec & ipſe cõſenſum circa ſe publici doloris agnoſceret.
Inde rarus in publico: tanquam patris occurſus: tanq̃ ciui
tatis ora uitaret. Non eſt leue concipere uerbis: in quan-
tam ciuitatis execrationem: ĩ quantam culpam iuuenis in
ciderit. Dictus eſt occidere poſſe patrem: Dictus eſt dig-
nus: quem poſſet etiam pater occidere. Q uid facerem iu
dices infœliciſſimus ſenex? iam iam nõ euitabat fama nec
patrem: iam meis auribus nemo parcebat. Interrogare nõ
audebam: diſſimulare non poteram: fallitur quiſquis me
putat quicquam feciſſe conſilio impetus: ac temporis ip-
ſius neſcio quis ardor explicuit. Præparari filio tormẽta

non poſſunt. Eſt in miſeris pœnatibus pars remota: ſepo ſita: profunda tenebris: triſtis acceſſu: omnibus apta fla/ gitiis: & in quam audeat facere facinus & pater. Illo fate/ or dum me uariæ cogitationes ꝑ totius domus ſpatia ci/ rcũagunt: q̃tum intelligere liuit: improuiſus adueni. Et ille quiden ad conſpectum meum tanquam deprehenſus obſtupuit: refugitq; trepidus: puto ne quærerem cãm. Ir/ rumpo feſtinãter: auide: ſine liberto: ſine ſeruulo ſicut me deprehenderat temporis illius fatum: manibus: ictibus: & quæcunq; ex obuiis dolor in teloꝝ tranſtulerat uſus: ultra uires ſenectutis aggreſſus: ignes ex ꝓximo raptos: uerbe ra quæ caſus obtulerat: nõ diuiſo dolore: non per partes: nec per interualla ſuſpenſo: ſed ſemel: ſed pariter inuado. pars ſecreti fuit: ut ipſe torquerem. Dii ĩmortales quæ fu/ it illa patientia: quæ contumatia: cum domi torqueret̃ a patre: non inuocare matrem nõ repugnauit iuuenis: nõ op poſuit manus: nullum implorauit auxilium. Merſis tamẽ deiectiſq; luminibus tanq̃ nunquã flagella ſuſtinuiſſ&: tã/ quã meis torqueret̃ oculis: omnes ictus excepit in faciem: uerberibus ignibus laudatos uultus uelut illis iraſceret̃: op poſuit. Reddo teſtimoniũ nouiſſimũ pudori: cũ iam mo ri uellet: occiſus ẽ. Laudo iudices patientiã matris: cum & ipſa ſemꝑ plurimũ eſſet domi: & ab illo ſecreto fortaſſe nõ longe: interuenire noluit: interpellare nõ auſa ẽ. Sed & manibus meis gratulor: ꝙ nõ propinquus aliquis: nõ ami cus irrupit. occidiſſẽ quiſquis me tunc auſus fuiſſet ĩterr/ ogare pro filio. Sepelliui tamen lacera mẽbra: funus indul ſi: oſſa collegi. Non iniecit uxor lectulo manũ: nõ ĩter ex/ equias planctibus eliſiſq; uberibus mihi fecit inuidiã. Vnd̃ in hanc impatientiam prorupit: exiliit? Domi me nihil in terrogauit. Poſſum iam mater infœlix coram liberis ac pa rentibus: poſſum audientibus diis hominibus q; clamare: & ego amaui filium meum: non oſculis nõ infirmitate: nõ lachrymis: ſed uiribus doloꝛ: pacientia. Vnicũ quẽ ſi acie clauſiſſ& hoſtis: uicaria morte ſeruaſſẽ: ſi ſubitũ cixiſſ&

incendium: extuliſſem relicta meorũ pte mẽbrorũ: eripui malignitati: abſtuli famæ. Habeo quod imputẽ tibi natu/ra: pietas. Rem difficillimã feci: ꝙ non me pocius occidi. Malæ tractationis accuſat. Adeo ne uxor tibi parũ uideor dediſſe pœnarũ poſt piculũ & labores: ne lucrifaciat: ꝙ oc dit filiũ ſuũ? Non pudet ergo ſi iraſceris parricidæ. Quid tibi cum lege: quã ꝑpter uos minores accepiſtis affectus? Querelas habet iſta non gemitus: & matre ſepoſita ſolam cõplorat uxorem. Rurſus ad populum uocas miſerũ pudo rem? Materiam noui rumoris accendis? Perdidi ergo ratio nem ſecreti mei. Sic omnia fecerã: ne qd aut quæri poſſit aut dici. Iam uero quid impudentius: qd ĩdignius: q̃ cum ſibi de liberis credunt licere tantundẽ: & æquũ ius patris aut matris eſſe cõtendunt: quaſi neſciant nobis arbitriũ ui tæ neciſq; cõmiſſum? Non ẽ priuilegiũ filium occidere: cũ fieri poteſt: nec quiſq̃ tãtum ideo fecit: quia liceret. Viſce/ra unici lacerare ſuffeci. Ignoſce ſi non potes mihi credere: nemo filium ſuum occidit odio. Non erit tanti iuuenis in uiſus. Illud eſt ĩ patribus uſq; ad parricidiũ terribile: quod amant: quod ſuccurrũt quod ſibi uidentur aliter nõ poſſe miſereri. Non eſt quod uos ab æſtimatione malorũ meorũ mollior ſexus abducat. Maioris affectus ẽ filium occidere: q̃ uindicare: Deſine igit᷑ me mulier fatigare interrogatio/nibus tuis. Ita tibi non uidetur omnia reſpõdere pro filio: q̃ dicit occidi? Et licet cõprimantur exclamatiões: ora cla udantur: nihil negat: q hoc fatetur. At qui ſummorũ faci/norũ ipſa ĩmanitas innocentia eſt. Filiũ pater non demẽs: nõ inſanus occidi. Hominem extra ſenſus affectuſq; poſi/tũ: qſquis nunc miſerat᷑: occidit: Vides ſenẽ ſanguine ſuo fluentem: laceratis exuſtiſq; illis ſanctioribus carioribuſq; uiſceribus ſup exanimis unici corpus cruentis manibus ia/centẽ? Horreo cadauer: & uelut corpora quæ celeſtis exina niuit ignis: adire propius timeo. Ad quædam facinora ſuf ficit claudere oculos: uultus auertere: tacere: mirari: & in/credibiles calamitates relinquere ſuis cauſis. Miſerere: ne

quid amplius queras: ne quid íterroges. Dictur̃ me putas
parce ſeculo: parce merito: parce patri? Tu uero parce illi
q̃ occiſus eſt. Nouum iudices uxoris in maritũ crimen au/
dite. Silentium eſt de quo quæritur. Solebat ídignatio ue
ſtra conuitia nr̃a ferre non poſſe: & matronalis indignatio
dicer̃ uidebat̃: nõ parcis erga me marite uerbis: nullam ha
bet noſtri tuus ſermo reuerentiam: facile prorumpis in ob
probria: facile quod libet obiicis: exclamas: & dũ nimiũ li
bertati uocis indulges: poteſt populus aliquẽ de me facere
rumorẽ. Tu mulier obiicis mihi rẽ: quæ nulli unquã crimi
ni fuit: ſolã in noſtris moribus innocentiam uoce repræhẽ
ſam taciturnitas. Vide cur manus: cur uerba peccare uide
ant̃. Illis infamamus: his torquemus: occidimus. Vis ſcire
quã non poſſis queri de ſilentio meo? Fœliciſſima fueras ſi
idem feciſſemus omnes. Finge me pauliſper ſcpoſitis ſilen
tii cauſis: hoc tantum reſpõdere: non prodo ſecretum. Ex
omnibus Iudices q̃bus hũana pectora ſeriis grauibuſq; cõ
plectuntur affectibus: nullam difficiliorem q̃ ſilentii credo
uirtutẽ. Adeoq; promptiſſimo ſermõe facile delinquimus:
ut cõſtantiã tacẽdi neq; ĩ aliis ferre poſſimus. Crimen hoc ĩ
me mulier uocat: quod in priſcis illis morũ mentiumq; rec
toribus fuit prima ſapientia: q; quoſdã totius uitæ pertu/
liſſe patientiam magis illa miſera miratur antiq̃tas: q̃ q; tẽ
porum uices: ſiderũ curſus: & ꝓfunda naturæ uelut cõſcia
ratione ſanxerunt. Quæ perfidẽ impotẽtia eſt effringer̃ ri
gens ſacra diſſimulatione pectus: euoluere animum: quẽ
ſupra ſua ſecreta cõpoſitũ non lætitia: non dolor: non ne/
ceſſitas: non fortuita laxauerint. Quiſquis de tacẽte que
ritur: multo minus ferre poterit loquentẽ. Nec adeo con/
iugali ſocietate cuncta miſcent̃: ut nihil ſibi aduerſus hãc
concordiã proprium relinquat animus. Eſt aliquis etiam a
ſanguine ſuo ſecretus affectus: genuſq; reuerentiæ: ut tacẽ
da minime uelis ſcire cariſſimos. Quædam non poſſis uer
beribus: eculeis eruere: & pleroſq; uideas fortiter ſupra ſua
ſecreta morientes. Agedum (ſi uidetur) utrumq; ſexum:

omnem conditionem: omnem ſcrutemur aetatem: nullum ſine conſcientia pectus: nulla uita ſine cauſis tacendi. Si te interrogauerit omnia maritus: haberes aliqd & tu quod non fatereris. Et quanto ſilentium grauius eſt in ſene: uerecundius in marito: ſanctius in patre. Pudeat nos mulier infirmitatis. Vicit nos modo iuuenis ille conſtantia: mori uoluit ut taceremus. Vides mulier quibus interpraetationibus praeſtes tuum dolorem? Diceris ideo me interrogare: quia ſcias omnia me potius pati malle q̃ loqui. Quis enim in hac ciuitate nõ nouit taciturnitatis meae rigorem? Quis ignorat qua cuncta ſoleam ferre patientia? Ne occiſurus quidem ſuſpiria gemituſq; praemiſi. Nihil feci unde erupturum quandoq; per orbitatem patris animum: aut tu praeſcio timore ſentires: aut ipſe periturus. Hanc nunc me iactare conſcientiam putas: quod nihil in publico nihil in ullo mihi permiſi proclamare conuentu? Ego uero non ſum queſtus de iuuene: nec tibi: nec captaui ut illum mecum & mater odiſſet. Fruſtra te putas extorquere accuſatione poſſe: quod mihi non ipſe calamitates: non dolor: non meditatio orbitatis expraeſſit. Vras licet: durabo: perferam: paſſus ſum iam quod erat difficilius occidi. Torſit inquit filium meum. Breuiter Iudices ratio reddatur: ĩfamem. Quid refert an innocentem: ſi illud omnibus liquet? Iuuenem cunctis pignoribus inuiſum: omnibus affectibus grauem maligni fecere ſermones. Quid agimus animae? Quemadmodum effugimus: euadimus? In tanta infamia nihil facere credentis eſt: Vis me circuire ſingulos: reclamare populo: cum rumore rixari? Tuae fortaſſis infirmitati conueniat negare: me tantum fortior aſſertio unici decet. Excipiendus eſt non contentione uerborum: ſed ut ciuitas ſtupeat: ut erubeſcat. Torquere me filium putas? Inuidiam facio populo. Videor mihi illis uerberibus lacerare famam: illis ignibus increpare rumorem. Quaeſtio de infami filio unam rationem habet:

ut probes innocentem. Dii mala prohiheant: ut noueris il lum dolorē: quo pōt torquere filium pr̄. Nihil eſt infœlici us homine: cui de unico ſuo mors ſola non ſufficit. Iuuenē in cuius aīo perdiderāt nomina noſtra reſpectū: quē quot/ tidie neceſſe habebamus excuſare rumori: qui iter noſ for/ moſum malebat agere q̄ filium uerberibus ignibuſq; cōſū/ pſi: Vis uis ſcire quanta tormētorum ratio fuerit? Debuit etiā tortus occidi. Si tamen utiq; mater uis ſcire cauſas: le/ uiter audi. Proſpiciebā miſer in grande quādoq; facinus ꝓ rupturum: quod ocio uitā: quod deſidē domi ꝑdebat aeta tem. Non peregrinationibus excollere mentē: non experi ri militiā: non tēptare maria: non rura colere: non admini ſtrare rem. p. non ducere uolebat uxorem. Præterea traxe/ rat ex frequentibus caſtigationibus tediū patris & in exe/ crationem mei: conſcientia qua non emendebatur: exarſe rat. Timebat occurſus: non audebat adire colloquia: oſcu la conuictuſq; fugiebat. Breuiter ꝑditiſſimæ mentis diffini enda menſura eſt. Oderat me filius & timebat. Filium igi tur totius ciuitatis exiſtimatione dānatū: quē adhuc uiue/ re mirabantur homines: torſiſſe me putatis? Ego uero occi di tarde diu. Quæſtionē illud uocas? Pœna: ſuplicium: & malorum meorū exitus fuit. Nulla ratio eſt īterrogādi ho minē: cui non eſt fas niſi negare. Quanta tamen mihi fuit & ī quæſtiōe moderatio. Nō enim præcipiti raptus īpulſu exilii repēte ſubito: nec captus dolore cæco īpatiētiæ meæ uelox uulnus indixi. Non pōt nō ratione occidi filiuſ: cum ante torquet̄. Dedi moras: ſpatium: tēpus indulſi: Vides quantā hinc malignitatibus potuerim præſtare materiam? Si in illo ſecreto gladio tantū: ſi uulneribus egiſſē: exitū fe cerat iuuenis depræhenſi. Non eſt igit̄ mulier quod mihi facias dupplicitate quæſtionis inuidiā: id eſt quod torſi & occidi. Sola ē huius neceſſitatis ratio de morte. Illud ē par ricidiū: filiū torquere uictuꝝ: Putas iuuenē uiuere potuiſ ſe: cui iā non poterat niſi morte ſuccurri? Quē contra ma lignos ſermones aſſerere cœperam: non reddidi rurſus in/

famiæ : Neque in oculos & ora uulgi de ſecreto patris emiſi : Prouidentiam meam tibi quoq; mater : ne in hunc interrogetur : eripui . Ille uero non fuit poſt tormenta laturus uitæ pudorem : ut interrogaret a ſingulis : ut negaret. Verum mulier affectibus tuis renũtiandum eſt ad totius domus noſtræ ptinere innocentiam credidi ne ſe ipſe pocius occider&. Sẽtit mulier iudices ad ius querelæ suæ : nec q̄d torſerim : nec q̄d occiderim pertinere. Ita quærit quid mihi dixerit ille de quo neſcit ã dixerit. Quid aiſ mater impatiens? ita in morte filii tui nihil aliud ad te pertin& : q̃ quid locutus ſit? Ita ſi reſpondero remittis parricidium : tormenta nõ obiicis? O inconſultam muliebrem ſẽper amentiam : quid iuuenis in tormentis dixerit : tanquã ignoret interrogat. Nihil me compiſſe nõ credit : tanq̃ ſciat quid dixerit. Fidem cõmunis ſanguinis : fidẽ cõmuniũ malorũ : ne parricidii me uelis agitare ſecretum : nec calamitatibus noſtris grauem facias innocentiam tuam. Viderit quid meruerit iuuenis ille. Ego iam poſſum ſuprema reuereri : & poſt exitum unici reuertor in patrem. Maior defũctis liberis preſtanda reuerentia ẽ : nec qcquam minus conuenit affectibus matris : q̃ ſi ĩſultarẽ uideatut occiſo. In gratiam me cum filio reduxit orbitas : iram noſtram mors ſeuera compoſuit. Quinimo recogitãti mihi totum ſecreti illius ordinem : ſubit tacita miſeratio : quantam ego debeam reuerentiam filio : quem potui torquere ſolus : quem potui occidere ſolus. Perſeueras : cogis : inſtas? Inuicem te mulier interrogo : cur ſi tantopere uolebas ſcire quid interrogarem : quid ille loqueretur : non irruperis in q̄onem : quam nullis miniſtris nullis cuſtodibus uallauerat pater? Quanto melius mater ipſum adiſſes : quanto fortius interrogaſſes una : quãto tibi plura dixiſſet. Quis te mulier affectus abegit : tenuit : excluſit? Agnoſco uercũdiã tuam timuiſti credo : ne ſi in illo ſecreto fuiſſemus õnes : occidiſſe filiũ diceretur & mater . Inſtas tamen & miſeri ſenis ora diducis? Puta me hoc ſolum dicere ex maximi facinoris

cunctatione ueniens quid audierim nondū ſcio: totus ad/
huc ſum in parricidio meo: & poſt mortem unici omnia
quibus laceratus occiſus eſt in animum meum tormenta
redierunt. Eſt quidem difficile ut aliquē pati pudorē par/
ricida uideatur uerum tamen ſtupore: amentia: & in ſilen/
tio orbitate defeci. Ablata eſt mihi omnium uerborum fi/
des: omnis ſermonis auctoritas: nec hab& cauſam loquen
di cui nō poteſt credi. Deſine mulier īterrogare. Filiū quē
occidit pater nec aſoluere nec accuſare iam deb&. Quid
inquit dixit cum occideres? Miſeram parricidii innocēti/
am: ꝙ hoc me non poteſtas: nō magiſtratus: nō propīquus
aliqs: nō amicus: nō ille ſēp loquax populus ac malignus ī
terrogat. Quieſcitis tacetis. Me infœlicem nūquid ſcitis
omnes? Puta me mulier hoc tibi reſpondere: nō hēnt īcre
bibilia uocem. Quædam maiora ſunt: q̄ ut illa capiat mo
dus ſermonis humani. Tu uero crede nihil aliud fuiſſe q̄
furorē. Inſaniſſe me puto: uidebā quæ non fiebāt audiebā
quæ nemo diceret. Hoc ſolū nō īſaniētis habui: qđ tacebā
Fīge me reſpōdere nihil dixit: nihil locutus eſt. nō credis?
At qui multo minus creditura quid dixerit. Accipe muli/
er breuem ueramq; rationem: cur ī quæſtione iuuenis oc/
ciſus ē. Torquebam nec īterrogabam ſi qua ad aures tuas
ab illa q̄uis remota domus parte prolata uox ē: meus ge/
mitus fuit: meorū uiſcerū dolor. Quæris cur nihil dixerit
quia nō habuit qđ ſcire uellem: qđ audire deberem. Nihil
aliud quæſtio illa captauit q̄ ſilentium: quod preſtare ui/
ta non poterat. Quiſquis in tormentis occiditur: ideo
tortus eſt ut occideretur. An tu quæſtionem illam fuiſſe
credis: qualis uernilibus corporibus adhibetur? ideo.n.
eculeos mouebā artifex ſenex: tēebā fidiculas ratione ſæu
itiæ: ut leuiter ſedibus ſuis remota cōpago ꝑ ſigulos artus
membra laxaret. Conſumptus eſt ſpiritus ſilentio ſui: &
uerbera igneſq; animum pariter uocemq; cluſerunt. Vi/
debatur mihi premere gemitus: tenere ſuſpiria: & ſic
nihil dixit: tanquam torqueretur abhomine qui ſciret.

Miraris hanc in filio contumaciam: in iuuene patiētiam? patri torquēti nō poteſt aliter reſponderi: q̄ ut mori malit q̄ confiteri. Quod ſufficit igitur interrogantibus reſpondeo: mulier occidi. Fallitur quiſquis expectat ut obiiciamus illa cōmunia. Ego uero proclamo nō luxurioſum non amore meretricis infamem nihil ille delinquābat: quomodo liberi ſolent. Monſtrū erat inenarrabile: quod nollē deprehendere: qđ ferre nō poſſem. Miratur aliquis qđ nō abdicauerim: nec notiſſima ultione patrū fuerim tantū expuliſſe cōtentus. Tuus mulier nefarius: tuus inconſultus nō permiſit affectus. Filium cui contra ſeueritatē meam ignoſcebas: quem mecum odiſſe non poteras: ſecuta fuiſſes abdicatum. Finge iuuenem dixiſſe neſcio quid: ego audire nihil potui. Non. n. poteſtatis alicuius more conſederam nec torquentibus aliis agebam iudicem patrem. Ego tunc cuncta paſſus ſum: pariter & feci. Non uacabat aures preſtare uerbis: excipere gemitus: extiare ſingultus. Auocauit me cōtentio: dolor: orbitas: parricidiū. Omnia facta ſunt feſtinatione precipiti. Idem patris affectus ē torquere ut ſcias: occidere ut neſcias. In meā inqt infamiam taces. ita nunc primū laboras miſera de fama: & poſt unici mortem ptinere ad te cepit quid loquāť homines? ſilicet filius impenſus ē: ut erubeſceres: ut male audires. Adeo ne hoc captanti non erat ſatis rē totā comiſiſſe rumori? Ego uero me famæ tuæ mulier oppoſui: & inter matrem filiūq; medius parricidiū feci: unicum occidi: ne quid aliud loquereť homines. Alioquin ſi hoc capto quod putas: quouſq; taceo: in quod tempus differo illam quam me putas premere uocem? ecce reatus iudicium pronuncio: ego tamen ſcire me nego. Egregiam rōnem malignitatis: locuturus aduerſus uxorem: feci ne mihi crederetur. Fateor igitur nihil ad certum indubitatūq; perduxi. Hoc ē quinimo propter qđ ad mortē uſque cōtēdi. Nō explicāt tormēta queſtionē: quæ occidūt. Quid iqt dixit? Fœlicē te miſera: ſi neſcis qđ dixit. Ita nō es cōtenta cōſciētia tua: nō ſufficit qđ nō hūit

ille quod negaret: q̄d fateretur? Poſcis uerba quæſtiõis co gis extorques. Teſtor tu facis ne poſſis negare quod dixe/ro. Quid dixit? paraſſe ſe parẽtibus uenenum: Negas. ꝓ ditionis agitaſſe ſermões: negas. Tyrãnidis iniſſæ cõſiliũ negas. Et quicquid dixero negabis. O bone conscientiæ incauta ſimplicitas. Ita nõ times: ne coactus loqui multa figã: multa cõponã? Si potes ſcire mulier an mentiar: ſcis quid dixerit. Quid dixit? nihil. Quid dixit? omnia: Ma/ledixit ſeculo: fecit tẽporibus inuidiam: deteſtatus ẽ pa trem: conuiciatus eſt mari. quid dixit? Pluſq̄ interogabã. Viciſti mulier obſtinationem meam. Audi breue ſuccitũq; reſponſum: qd dixerit: quod queris: q̄d putas. O ſi quis in illam uos ſecreti noſtri potuiſſ& adhibere præſentiã: uidiſ ſetis nouum genus queſtionis. Stabam ſenex furiis mon/ſtruoſe feritatis accintus: manibus exertis: hinc ignibus: hinc uerberibus armatus: ſuper ora ſuper oculos iacentis aſſiſtens clamabã: furioſe demens tace. Et ille uelut exuſtiſ amputatiſq; per quæ dolor exit in uerba: fuit attonitus a/mens. Quotiens admotis ignibus ad aliquã corporis par tem totum pectus impoſuit: quotiens hiatu oris auide flã/mas aduerſus exeuntia uerba collegit. Cũ uero iam totus calor uerberibus expulſus uiribus nouiſſimi doloris erũpe ret: ptrectatis ab ima pectoris parte ſuſpiriis breuiſſime collecti ſpiritus: ille quo redditur anima ſingultus fuit ſi milis exclamaturo: neſcio q̄d quod & tu fortaſſis audires occupaui fateor: & aduocatis quas iã cõſũpſerã uiribus: manibus: telis: totoq; corpore pariter adnixus anteq̄ men tiret: occidi. Miſera tẽporis illius recordatio: deficientẽ in manibus meis filium uidi: aſpexi ora pallentia: frigidos hanelitus: interrupta ſuſpiria: & aĩam magno ſilentio exe untem: non tamen tormenta laxaui: non ſubtraxi: reſtrin/xiq; flãmas. Miſerere mulier: ne quæras amplius uocem hu ius affectus: filium qui moriebatur occidi. Non perdidi tamẽ: non perdidi unici mortem: fortunã non perdidi. Iã me nõ interogat niſi ſola mater. Conſiſte agedum mulier

loco meo : & in habitum paterni doloris accinta admoue eculeos: flagella: laminas. Prædico teſtor aliter non poſſū loqui: aliter mihi non poteſt credi. Quanquam miſerrime iuuenis (fas eſt enim tuos alloqui manes) exprimere mihi uocem nullus poterit dolor: quantum uolet laceret: uel occidat: uincere me tormenta docuiſti. Si tamen fas eſt cogitationis memoria tractare uerba miſeræ quæſtionis: cur me coram populo magis interrogas? Eamus uxor in illam deſolatam domum: in illud iam patris filiiq; ſecretum: Ibi me interroga: ibi ubi torſi: ubi occidi: ubi adhuc forſitan filii tui uaga per meſtos penates anima diſcurrit. Porrigat aliquis imaginem iuuenis occiſi: ponat in ſinu matris illas ueſtes: quibus ipſa iuuenem miſera comebat. Eamus ad tumulum: miſceamus ſupra buſta lachrymas. Ibi aut tacebimus pariter: aut inuicem confitebimur. Iam iam miſer mori poſſum. Explicuit te ſollicitudo: pietas. Non ſcribo tabulas: teſtamento ſupremo uerba nō credo: & ego moriar in tormentis meis. Illud tantum nouiſſimis præcibus a te ciuitas: per liberos: per coniuges: per natos: a te uxor: per occiſi iuuenis umbrā peto: a te mater: ne quid āplius quæras tu famam ne dicas.

Quintiliani Summi Rhetoris & eloquētiſſimi declamationes exactiſſime recognitas Lucas Venetus Dominici. F. ingenioſus artifex diligenter impreſſit Venetiis anno ſalutis. M. CCCC. LXXXI. IIII. nonas auguſti.

Regiſtrum operis :

a Iacobus
M. Fabii
gentius
deſinant
ſio eſt

b roboris
inuenite
co parricidium
pocius

c ferrum
torum : ordo
aut propinquum

d poris retinere
animum ?
proprietatem

e ſeretur.
gus cibos
corporum

f pirratas
ſit quæ fieri
conſciam

g parentes
eſtis intra
ſiderio

h quiquis
ab eo cōtendo
me forte

i ſeperauit
lorum per
aut nimii

k Mortem
placeamus
pem circum

l Quanuis
ſentit aliquid
finem :

m tis poſce
neq; ego
faciunt

n placidum
ſed cum
legem male

o ſimulaueris
quædam
uobis dicat

p Eſt tamen
ut apes
prius corpora

q deſtior cum
ſeratio :
ſi conſilia

r potuit nos
ad incredibilium
carcerem

ſ uenenum
abſolutus
non debeo

t mater
quuntur
Inceſtam
meo facere
incendium

BIBLIOTEKA UNIWERSYTECKA POZNAŃ

N° 1.12

avsao

BIBLIOTEKA UNIW. W POZNANIU
Inc 63 4°
INKUNABUŁY